

DE IOANNIS  
STOBAEI CODICE  
PHOTIANO:  
COMMENTATIO  
PHILOLOGICA

---

Anton Elter



Tapačka & Cie



FRANCISCO BVECHELER  
HERMANNO VSENER  
GVILELMO SCHMITZ  
S.



Ioannis Stobaei ἐκλογῶν ἀποθεγμάτων ὑποθηκῶν thesaurus praestantissimus quam tristia fata habuerit conclamata res est. librorum quos ad Septimum filium misit quattuor ad nostram aetatem satis integri pervenerunt tertius et quartus — Florilegium appellare solent —, alterius libri nihil tenemus nisi novem priorum capitum reliquias, primi libri perii prooemium, interciderunt nonnulla capita, multorum supersunt pusilla fragmina — Eclogarum igitur quo nomine nunc priores libri inscribuntur miserae ruinae. totius operis imago ut aliquo modo restaurari posset unius Photi beneficio factum est qui in ‘bibliothecae’ codice CLXVII postquam de institutione et dispositione quattuor librorum paucis exposuit accuratissime omnium capitum titulos enumeravit: inde scimus codicibus nostris in operis initio duo capita absumpta esse ἀν τὸ μὲν ἔπαινός ἐστι φιλοσοφίας, τὸ δὲ περὶ τῶν κατ’ αὐτὴν συνεστηκιῶν αἰρέοντο, ἐν ᾧ καὶ περὶ γεωμετρίας καὶ μονοκῆς καὶ ἀριθμητικῆς δόξας παλαιῶν οντων γράψει [a parte quae est περὶ ἀριθμητικῆς libri nostri incipiunt], scimus qualia fuerint in alterius libri capituloibus deperditis, scimus quo multa illa quae in codicibus anepigrapha relincuntur excerpta referenda sint.

verum hac in re Photius non substitit, addidit indices auctorum Stobaei locupletissimos. quamquam his utilitatis nihil inesse videtur: contra inscitiae documenta insignia offeruntur: e. g. Dictys Thelerophus Hypobolimaeus poetae ubinam gentium fuerunt? cuius rei patriarcha eruditissimus viris doctis poenas dedit maximas. ‘inter poetas, quibus usus fertur ad excerpta concinnanda Stobaeus, Photio numerantur Λικίτις Πολυειδής Λικίμυτος Υποβολιμαῖος. In Polyide . . . nullum istius in Stobaei collectaneis factam mentionem; saepius Euripidis in Polyide, prout in margine scribi solet. Sed quaero cui tandem ex tota antiquitate innotuerint velut poetae Dictys et Hypobolimaeus? Non certe Stobaeo . . . Vt philosophos ex sodalitio Pythagoreorum Sthenidam, Phintin; sic Photius no-

mina dramatum in poetas transformavit. Menandi comoedia fuit ‘*Υποβολιμαῖος*. Euripidis fuere tragœdiae *Λίκτνης Πολύειδος Λιχίμιος*. De Photio cum plerisque nimis benigne iudicans, Reinesius his animadversis de conjectura certe sua non dubitasset’. rectissime ut videtur Photium perstringit Valckenarius [diatr. in Eur. p. 18]; quem secuti quotquot auctorum Stobæanorum indices attigerunt tam acerbe Photium increpuerunt ut de bibliothecae codice nostro dicta esse credas quae posuit Cobetus cum ageret de Photi lexico [Mnemos. VII p. 475]: ‘Photius . . . servavit ab interitu eximias Antiquitatis reliquias, quibus gratissimi fruimur, sed incredibile dictu est quantum sit in eruditissimo Patriarcha inscitiae et ἀξιμίας. verum valde equidem miror talia Photio a viris doctis opprobrio verti. Polyidus notissimus est poeta, Licymni versus Ecl. I p. 308 M in codicibus leguntur [*Ἐπεὶ καὶ Λιχίμιος γῆμα*] neque cum de Licymnio poeta Chio satis constet video cur corruptum esse locum suspicemur. sed cum hac de re libenter concedam Valckenario cui ‘prorsus congrua illa videntur Euripidis ingenio’ quique cum Reinesio restituendum esse arbitratur *καὶ Εὐγενίης Λιχίμιων γῆμα*, rectius opinor reprehenderent Photium, si cum legisset in Stobæo *Λιχίμιος γῆμα* vel suspicari tantum ausus esset versus non Licymnii alicuius esse sed Euripidis. atque si poetam putasset qui re vera nullus esset, quis hoc Photio noni saeculi scriptori non condonaret? nullus fuit Hypobolimaeus poeta: is igitur qui indicem poetarum composuit uno loco in Stobæi codice fabulae nomen sine poetae significatione invenerat. quid quod etiam nostris in codicibus uno loco idem lemma reperimus quod ille in suo? Flor. III p. 45 M *Μενάρδον* ab omnibus libris manuscriptis abest. quid autem, ut iam Valckenari verba mea faciam, quid mirum illius etiam codicem hic illuc fuisse vitiosum?<sup>1</sup>

itaque non id egit Photius ut indicem ‘fontium’ Stobæi conficeret omnibus codicum erroribus purgatum, sed indices sunt eorum nominum quae singulis excerptis adscripta erant in ‘Stobæi codice

<sup>1</sup> lemmatis hoc modo decurtatis nullus codex caret velut Ecl. I p. 31 *Ἄλαρη* Canter Flor. II p. 6 *Ἄρδρομέδη* A Flor. III p. 79 *Ἐρμαφρόδιτον* Vindob. Trinc. Arsen. Flor. II p. 389 *Ῥαδαμάνθυος* Trinc. Frob. Flor. I p. 264 *Θεμιστοῦ* om. Laur. non raro talia occurunt in c. Vindobonensi, saepissime in edit. Trinacelli et in c. Vossiano de quo cf. Valckenaer diatr. in Eurip. p. 198.

Photiano'. neque nos nunc decet vituperare eius iudicium sed grato animo accipere si quid bonae frugis ex Photi indicibus elici poterit. et sunt sane quae non sine utilitate comparentur. Flor. II p. 43 *Περὶ θον* lemma in Stobaei codicibus legitur, dederunt versus Euripidis Pirithoo fabulae. sed iam Photianum exemplar simplex illud habuisse lemma ipse docet quem putavit et nominavit Pirithous poeta. videtur igitur codicum mendum Photio antiquius. quid quod Maximus Confessor, qui Photio duobus saeculis est vetustior, Serm. p. 665 Comb. iisdem versibus lemma apponit *Περὶ θον?* qui si sumpsit ex Stobaeo mendum certe Maximo est antiquius, sin fluxit ex communi fonte iam ante Stobaeum peccatum erat. Stobaei autem — nam appareat puto Stobaeum ipsum non plenius lemma habuisse — si qui errores deprehenduntur neque Photio ii neque librariis iniungendi. itaque valde improbo quae de Photi codice iudicat Rose Aristot. pseudopigr. p. 612: ‘ab Aristone non diversum esse puto Aristonymum illum, cuius quaecunque Stobaeus affert, ὁμοιώματα fere sunt qualia Aristonis, titulis ἐξ τῶν Ἀριστωνος ὁμοιωμάτων et ἐξ τῶν Ἀριστανύμον τομαζίων iam ante Photii aetatem, quem vitioso et ipsum exemplari usum fuisse plurima sunt quae doceant (scil. ex auctorum indice iam ipsuni legisse videmus Ἱέρωνος fragmenta quae essent Ἱεροκλέοντος, Ὅψαιον quae Ἐπικτήτου, Ἀημώνακτος quae Ἀημοκρήτου, eundem trium poetarum credidisse iambicos versus qui sint unius, quum legeret Ἐπιπόνακτος, Ἐπποθίωντος, Ἐπποθόνος etc.), librariorum errore male distinctis’. imino Stobaeus et ipse interduni errasse et aliorum errores propagasse credendus est. ne multa, tales errores arbitror ad dispe-scendos fontes aptissimos esse<sup>1</sup>.

in Photi indicibus autem ut plane cognoscas quam religiose expressa sit Stobaei codicis Photiani imago addam exemplum etiam insignius indicatum iam a Gaisfordio. in catalogo poetarum nominatur Θελέφορος omnibus inauditus. cuius memoria procul dubio

<sup>1</sup> egregium erroris Stobaei exemplum etsi non ex lemmatis petitum habes in Lortzingi programmate gymn. Soph. Berol. 1873 ‘Ueber die ethischen Fragmente Demokrits’ p. 10 sq. Democrats qui fertur haec habet: 17 ἰσχυρότερος ἐσ πειθὼ λόγος πολλαχῷ γίγνεται χρυσοῦ 18 τὸν οἰδέμενον νόον ἔχειν ὁ νοῦθετέων ματαιοπονέει. ex his Stobaeus efficit Flor. III p. 111 Ἀημοκρήτου ἰσχυρὸν ἐν πειθῷ λόγος γίγνεται. Flor. I p. 237 Ἀημοκρήτου χρυσοῦ τὸν οἰδέμενον νόον ἔχειν ὁ νοῦθετέων τι ματαιοπονέει.

fluxit ex loco Flor. III p. 244 12: ibi fragmentum Bellerophontis Euripideae codices optimi A et M [v. Nauck frg. 294] bis deinceps exhibent, primo inscribunt *Εἰρηνίδον*, alteri loco Θελλέροφος. quid? nonne iure hinc concludere licet Photianum quoque codicem versus illos bis habuisse iisdemque nominibus inscriptos quibus in codicibus nostris? quodsi tanta fuit eius qui indices composuit in enotandis Stobaei auctoribus diligentia atque religio ut omnia quotquot in codice quo utebatur nomina exstabant studeret exscribere neque eos auctores vellet praetermittere qui etsi nunquam fuere, fuisse tamen videbantur, nonne operaे pretium erit Photi indices cum reliquiis Stobaei quas nos habemus comparare Photianique codicis formam quantum quidem fieri poterit refingere? qui licet hic illuc fuerit mendosus tamen non solum plenum ut licet opinari Stobaei opus continebat verum etiam pro maiore vetustate nostris codicibus sine dubio aliquanto fuit praestantior.

sed quomodo poterit fieri ut certo sciamus quid singulis locis exaratum fuerit in codice Photiano? at nonnullos locos repperisse videbamur quibus Photianus cum nostris codicibus consentiret. sed vereor ne calidius fictios qui videbantur auctores insectati simus. nam quis spondebit Licymnium e. g. ex ipso eo loco quem attulimus sumptum esse neque ex capite aliquo deperdito? neque ea nomina quicquam utilitatis habitura esse videntur quae in nostris libris desiderantur. nam etiamsi dubitari nequit quin olim lecta fuerint in Stobaei operis partibus quae perierunt, tamen tot lacunis nostri codices sunt foedati ut solis nominibus nihil proficiamus. ergo quamvis diligenter sint compositi nullus tamen indicum est usus? immo vel maximus: semel singuli auctores apud Photium nominantur, unum igitur cuiusque locum enotavit piuacographus; itaque id oportet niti ut exploremus quis ille locus fuerit.

quinque ordinibus distributa sunt nomina auctorum, quorum dicta Stobaeus congesserat: primus est philosophorum, alter poetarum, secundum rhetores et historiographi, quartum obtinent reges et imperatores, quintus denique additur nescio quibus constitutus, scilicet quo contineantur illi qui quem ad ordinem referendi essent incertum erat, medici alii. singulorum autem ordinum nomina ita sunt secundum litterarum seriem disposita ut prima tantum respiciatur. sed intra singularum litterarum fines quomodo auctores sese excipiunt? at luce clarius est nullum in iis inesse ordinem, nullam neque temporum neque dignitatis haberi rationem,

separari quae iungi debebant. duo nobis ‘nimis sane liberaliter’ offeruntur Epicuri philosophi, alter Gargettius, alter Atheniensis certissime utrumque qui exscripsit in Stobaeo invenit. sed cur distraxit Epicuros qui tam cognati sunt alter alteri ut si componas unus evadat, interposuit Epictetum Hermem Empedoclem? quid si iam in Stobaeo disiuncti fuere atque iisdem tribus viris interpositis quibus in Photio? qui si uno eodemque Stobaei loco Epicurum et Atheniensem et Gargettium invenisset nunquam credo divisisset. item unus fuit qui apud Photium modo Ἰππαλὸς modo Ἰππασος audit. prior forma eaque falsa etiam in nostris codicibus legitur Ecl. I p. 80, alter locus est p. 226, ubi codices novo errore Ηγγασος vel Ηγγαθος exhibit, sed Hippasi esse sententiam monstrat Theodoret. Graec. aff. cur. V 18. Pegasum in Photi indice philosophorum frustra quaesiveris. num tu negabis in Photiano quoque codice Stobaei rectam formam Ἰππασος exarata fuisse? itaque si Hippali locus est p. 80, Hippasi p. 226, nonne veri est simillimum quattuor illos qui apud Photium medii sunt inter Hippalum et Hippasum constitisse olim inter pp. 80 et 226? ex his indiciis iam subit suspicari Photiana nomina eo quo se in integro Stobaei exemplari Photiano excipiebant ordine enotata et in suam quodque litteram relata esse. sed pergam firmiora argumenta conquirere quibus haec observatiacula comprobetur idque simul cognoscatur quis uniuscuiusque locus laterculis Photianis mandatus sit.

in Florilegii q. d. editione Trincavelliana praefationem subsequitur ‘πίναξ κεφαλιών’, deinde nomina eorum ‘Ων τὰ ἀποφθέγματα περιέχει τοῦτο τὸ βίβλον’<sup>1</sup> ita ea quoque secundum ordinem litterarum disposita, ut primae tantum litterae ratio habeatur. hunc indicem qui accuratius inspiciet videbit ita esse confectum ut ubi primum nomen aliquod inveniret pinacographus id statim suam in litteram transferret, deinde omnia quotquot eiusdem auctoris excerpta sequerentur neglegeret. unius litterae seriem exhibeam: Φωκίων a quo incipit Trincavelliana primum occurrit in capite quod notatur *A*, sequitur in indice γωκιλλίδης qui primum legitur paulo post eodem capite, porro γιλήμων capite *B*, γιλονί-

<sup>1</sup> en pinacographi Veneti doctrinae specimen: αἰόλος διελόνης αἴλιαρός et έλιαρός ἥρως θρασύνης μηδετες ὄρχος; repetit Gesnerus: Aeolus Dilotes Heros Thrasytes Medeas!

δῆς *Z* [ubi lemma est *Φιλωνίδον*], γαβώριος *IB* [*Φαβονερίον*], φιλοπίδης *Iz*, φιλοσόφης *KZ*, φιλοκτήτης *M*, [omittitur φίλων μεσι] φίλαρις μζ, φιλήτης νζ [*Φιλήτον*], φανοκλῆς ξβ, φερεκάτης φγ, φιλήτης ρκα, φιλέα ρκα. at toto caelo inquies Venetus hic index distat a laterculis Photianis. quod mirum non erit si memineris Venetum Florilegium tantum mancumque eius et innumeris lemmatis carentem codicem usurpavisse, Photianum codicem et Eclogas et Florilegium comprehendisse. itaque nos componamus nunc indicem poetarum Stobaeorum quorum nomina a littera *Φ* incipiunt adscriptis iis locis, quibus quisque in optimis et Eclogarum et Florilegii codicibus primum memoratur: 1 *Φιλήτας* Ecl. I p. 41, 2 *Φιλήμων* E. I 51, 3 *Φιλιππίδης* Flor. I 3, 4 *Φωκυλίδης* Fl. I 73, 5 *Φονικίδης* Fl. I 149, 6 *Φιλωνίδης* Fl. I 188, 7 *Φιλίσκος* Fl. II 5, 8 *Φιληππος* Fl. II 365, 9 *Φανοκλῆς* Fl. II 386, 10 *Φερεκάτης* Fl. IV 79, 11 *Φιλαῖος* Fl. IV 130<sub>1</sub>. sed mira res est: iam tres habemus indices quam maxime inter se dissimiles. nam in Photiano indice poetae nostri has sedes obtinent: 1 6 3 7 9 5 10 8 12 11 14, poetae Trinacelliani 7 6 5 3 10 1 12 11 14. attamen una certe similitudo diligentius comparantem hos indices non latebit, siquidem ut par est non in initio verum in fine indicum quae siverit: in omnibus ultimus est *Φιλαῖος*; item *Ιούγκος* et apud Trinacellum et apud Photium ultimus litterae *I*, ultimus porro utriusque *Κτησίας*, *Μάρκος* Veneti [*Μάρκος*] et qui idem est Photi *Πομπήϊος*, tum *Μηνόφιλος* qui in Veneto Macrum antecedit Photio est postremus, ab utroque in fine ponitur *Νεοπτόλεμος*, *Τρύφιλος* et *Τιμαγόρας* sqq.

a fine igitur librorum Stobaei — nam a principio ut in ceteris rebus solemus exordiri non licet cum prooemii capita perirent — initium capiamus necesse est. atque ut periculum faciamus in poetarum Photianorum indice eo qui a littera *N* incipit in omnibus quae aetatem tulerunt Stobaei capitibus memoratur

6 <i>Νεοπτόλεμος</i>	Fl. IV 102		
5 <i>Ναιμάχιος</i>	Fl. III 16	51	185
4 <i>Νικόμαιχος</i>	Fl. II 48		
3 <i>Νεόδρων</i>	Fl. I 310		
2 <i>Νικόλαιος</i>	Fl. I 265		
1 <i>Νικόστρατος</i>	Ecl. I 58	Fl. II 38	IV 25
	sequatur poetarum littera <i>M</i>		
9 <i>Μηνόφιλος</i>	Fl. II 401		
<i>Μητρόδωρος</i>	Fl. II 311		

<i>Μελιτρώ</i>	Fl.	I	163	
<i>Μίμητρος</i>	Fl.	I	162	244 II 372 III 223 IV 1. 77. 82. 138
5 <i>Μόσχος</i>		?		Fl. II 350. 374. 388
<i>Μένιππος</i>		?		
<i>Μοσχίων</i>	Ecl.	I	40	60 Fl. I 259 II 214. 308 IV 21. 67. 125. 137. 138
<i>Μύρων</i>		?		
1 <i>Μίτραρδος</i>	Ecl.	I	8	44. 50. 51. 52. 55. 56. 58. 60 II 2 sqq.

in quarto et tertio libro quibus Florilegium continetur plana omnia, in secundo et primo nil nisi turbae et lacunae. sed nonne iam recte tibi videor conicere non solum Menippi locum quem desideramus verum etiam Moschi aliquot versus olim lectos fuisse in Eclogarum partibus nunc deperditis, non tamen positos fuisse in prooemio item deperdit?

longe impeditior res est in philosophis. sed experiamur vires in ordine eorum quorum nomina a littera *E* incipiunt. atque legimus sententias

21 <i>Εἰρηνάιον</i>	Fl.	IV	10	
20 <i>Εἰναιόν</i>			?	
' <i>Επιγένεος</i>	Ecl.	I	158	
<i>Εὐδόξον</i>	Ecl.	I	141	
' <i>Επιδίκον</i>	Ecl.	I	127	
' <i>Ευχάρτον</i>	Ecl.	I	82	126. 136 Fl. II 247. 266
15 <i>Εὐρωτάτον</i>			?	
' <i>Ερατοσθένος</i>	Ecl.	I	62	154
<i>Εὐρύσσον</i>	Ecl.	I	54	
<i>Εὐσεβίον</i>			?	Ecl. II 115 Fl. I 39. 108. 146. 147. 235. 236. 247. 264 sqq.
' <i>Επικούρου Άρ.</i>	Ecl.	I	16	54. 56. 63. 81. 93. 98. 103. 107. 108. 115. 116 sqq.
10 ' <i>Ευπεδοκλέονς</i>			?	Ecl. I 42. 66. 77. 93. 96. 97. 100. 103. 115. 116 sqq.
' <i>Ερμοῦ</i>	Ecl.	I	14	42. 47. 48. 64. 81. 85. 104. 109. 129. 190. 196. 198 sqq.
' <i>Επικτήτου</i>			?	Ecl. I 33 II 98. 99 Fl. I 15. 65. 86. 106. 133. 153 sqq.

<i>Ἐπικούρου Γαργ.</i>	?	cf. Fl. I 281
<i>Ἐκπάλον</i>	?	cf. Fl. I 196
5 <i>Ἐρωσιστράτον</i>	?	Fl. I 171 III 249
<i>Ἐπανδρίδον</i>	?	Ecl. II 97
<i>Ἐπιχάρμον</i>	?	Fl. III 58
<i>Ἐνφράτον</i>	?	
1 <i>Ἐνέλειδον</i>	?	Fl. I 160 III 125

ab Euryphamo usque ad Hermem rectus atque sollemnis ordo. aut putas Euhenium Eurystratum Eusebium Empedoclem ordinem adeo turbare ut de ordine ipso oriri possit dubitatio? immo — nam licet confidenter loqui in re iam apertissima hac tabula non solum quam certissime demonstratur nostris integriorem fuisse codicem Photianum verum etiam quattuor illis viris utut fiet suaes sedes recuperandae sunt. igitur Empedocli locus quaerendus est in paginis 14—16 libri primi. neque iam quaerendo opus est: sententiam quae legitur p. 15 9—16 quivis videt non esse omnem Melissi et Zenonis sed Empedoclea esse verba ἡλητὶ δὲ αὐτῆς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, εἴδη δὲ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν κτλ. quid? nonne subito Stobaeum errore qualem ei iniungunt editores liberabimus, sententiae ex Photio suum lemma reddemus? porro Eusebii sententia a Stobaeo posita erat inter pp. 16 et 54: scimus ex Photi indice capitum ante caput περὶ δίκης quod nunc numeratur tertium excidisse in codicibus nostris caput aliquod περὶ τῶν ρωμαῖοντων μὴ εἶναι πρόνοιαν κτλ. huic igitur capiti adsignabimus Eusebium. tertius est Eurystratus. Eurystratum philosophum equidem non novi, sed nomen id erat patris Anaximenis. pervolve sis paginas 62—82, statim quid factum sit intelleges. nimirum p. 79 tenentur verba Ἀράχιμένης Εὐγνωτράτον; sive fugit pinacographum Anaximenis nomen sive genetivum compendio ut solet scriptum pro nominativo habuit, philosophum finxit, qui nullus unquam fuit. sed ita errat ille ut nos nonnihil proficiamus. Εὐγνωτράτον enim legitur in Stobaci libris, non Εὐγνωτράτον quod invexit Heerenus ex Laert. Diog. II 3. quem quamquam sequitur Meinekius tamen addit fortasse Diogeneum e Stobaeo esse corrigendum. atque mire in omittenda illa litterula cum Stobaci codicibus consentit Epiphanius adv. haeres. III p. 562 Dind. verum plenior et rectior forma Stobaeo non aliunde inferenda sed restituenda ex Photiano codice nostris libris et vetustiore et meliore. superest unus Euhenius. cuius sententiam haud temere conicias periisse cum alterius libri parte poste-

riore. tamen ne nimis celeriter quaerere cessaverimus. nam in primo quoque libro sat multas esse lacunas videbit qui Photi capitum titulos cum reliquis nostris comparaverit. sed damna aliquam partem reficere licet ex Ioannis Damasceni q. d. florilegio Laurentiano cuius conditorem iam a Bandinio intellectum est integrius quam nos habemus Stobaei exemplar usurpavisse; ex quo quid singulis capitibus supplementi accederet exposuit C. Wachsmuth comm. de Stobaei eclogis p. 13 sqq. itaque cum capitinis quod inscribitur πᾶς ἄμπωτις καὶ πλημμυρος γίνονται reliquis [p. 174 11—20] coniungenda sunt Laurentiani [Flor. ed. Mein. vol. IV] p. 244<sub>5</sub>—245<sub>6</sub>. ibi p. 244<sub>7</sub> ‘... γένος ὁ μεσήνιος tribus litteris primis rubricatori relictis’ [H. Diels Doxographi Graeci p. 382]. Dielesius cum Meinekeo scripsit Αἰχιδαγχος ὁ Μεσήνιος, nam ‘apparet’ pergit ‘nomine oblitterato μεσήνιος in archetypi margine repetitum fuisse’. de ‘tribus litteris’ si non ita ambigendum esse mihi concedes, credo non obstabis iubenti mihi in Stobaeo reponi, quod fuit in codice Photiano, Εὐάγνιος.

restant non pauci philosophorum quorum nomina a littera E incipiunt. quos iam concludendum est locum habuisse in prooemio. maior fortasse numerus esse videtur quam illi lacunae conveniat, maior pro numero eorum, quorum loci etiamnunc exstant in Stobaeo. sed omnis dubitatio tolletur si nobiscum reputabimus, quomodo qui indices fecit operam instituerit: cum exordiretur omnium auctorum nomina exscribere debebat, sed cum eidem semper quos iam laterculis consignaverat repeterentur magis magisque rarescebat enotandi facultas, ita ut ex Florilegii amplissima copia ordini philosophorum supra proposito unus homo novus accederet<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> simili modo atque in indicibus Photianis factum est Plinium auctores eo quo in componenda Nat. Historia usus erat ordine etiam in indices rettulisse demonstravit H. Brunn de auctorum indicibus Plinianis. Bonnae 1856. sed ad litterarum ordinem ille auctorum nomina non disposuit. neque ad litterarum ordinem exactus est tertius quidam index item compositus quem nunc afferam ut exemplo leviore comprehendetur quam regnet illa consuetudo in huiusmodi laterculis. in scholiorum in Homeri Iliadem codicis Veneti A folii noni pagina aversa nomina scriptorum in scholiis memoratorum rubrica scripta leguntur haec [v. Schol. in Hom. Il. ed. Dindorf I p. XLI, rem non perspexit H. Schrader philolog. Anzeiger VIII p. 114]:

Αἰχιδαγχος v. p. 6 s Dind. 12 19 18 1 20 18 sqq.

Ζηρόδοτος 5 21 7 19 9 12 10 10 12 20 13 15 sqq.

Photiani indices quo ordine sint compositi iam compertum habemus, unum tamen in philosophorum serie de qua egimus est quod egeat explicatione; scilicet numerus eorum quos Photinus contulit minor est illo quem ex superstitionibus Stobaei capitibus colligere licet: desunt Hestiaeus [v. Ecl I 63] et Hecataeus [Ecl I 143]. sed deerant fortasse eorum sententiae in Stobaei codice

- 
- |                              |  |
|------------------------------|--|
| τασῖνος                      | 6 21 [Στασῖνος]                        |
| Θεόπομπος                    | 11 4                                   |
| 5 Πολέμων                    | 12 3                                   |
| Ἀπολλόδωρος                  | 13 11 25 16 33 9 38 9                  |
| Ηρωιδιανός                   | 12 19 17 12. 16 19 7 26 6. 18. 29 sqq. |
| Νικάνωρ                      | 17 13                                  |
| Πορφύρος                     | 17 16 24 8 45 13                       |
| 10 Ἀπολλώνιος                | 21 7 59 24                             |
| Σωσιγένης                    | 20 2 24 25 54 24 67 2                  |
| Ἄριστοφάνης [7 6]            | 20 2 22 9 24 26 43 9 sqq.              |
| Ἀλκτενός                     | 22 23                                  |
| Εὐφριπίδης                   | 23 23 45 9                             |
| 15 Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ὑροάνθου | 24 17 34 13 35 3 sqq.                  |
| Τυραννίων                    | 25 19 53 16                            |
| Ζωΐλος                       | 26 11                                  |
| Χρύσιππος                    | 26 12                                  |
| Πιστόδος [4 19]              | 31 2 36 21 40 24 45 6                  |
| 20 Σέλευχος                  | 34 13 47 13 50 7                       |
| Ἄλκματρος ὁ λυρικός          | 36 19                                  |
| Φιλόξενος                    | 37 14 65 31                            |
| Καλλίμαχος [20 26]           | 45 2 52 19 69 12                       |
| Πλυδαρος                     | [4 26] 45 4                            |
| 25 Ἀριστόνικος               | 46 7 [ubiq. Ἀρίσταρχος Pluygers]       |
| Πάμψιλος                     | 48 21 58 17                            |
| Θεαγένης                     | 50 8                                   |
| Αἰδημος                      | 51 19                                  |
| Σοφοκλῆς                     | 54 1                                   |
| 30 Καλίστρατος               | 54 3                                   |
| Σιδώνιος                     | 54 4                                   |
| Ἔξιων                        | 54 4 cf. 60 2                          |
| Θεόφραστος                   | 55 23                                  |
| Ἄρος                         | 59 24 [Ωρος]                           |
| 35 Ριαγός [20 18]            | 63 29                                  |
- nonnulla nomina in hoc catalogo plane desiderantur velut Λιονύσιος 69; Ἀνδρῶν 15 27 Ἀλέξανδρος 35 10. sed ultra librum primum non progressus est pinacographus cf. Ἀντίμαχος 70 17 Σιμωνίδης 70 17 Ἐπαιρόδιτος 71 21 Ἐλλάνικος 80 + sqq.

Photiano. non defuerunt neque pinacographi Photiani diligentiam fugerunt. nam exstant nomina in Photi indicibus loco quidem alienissimo: in catalogo philosophorum litterae *A* edunt Ἀριπάτρον Ἰστιαῖον et Ἀρχεδήμου Ἐκαταῖον. nescio numquis adhuc in arcanam hanc Photi scientiam inquisiverit, certe alias nemo de Antipatri et Archedemi genere tam exquisita tradidit<sup>1</sup>. sed quo casu huc delati sunt? quos nimis esset suspicax qui ad litteram *E* transferre vellet, nam quod factum est perspicies ubi litterae *A* particulam illam exhibero. suo ordine seenuntur nomina

Ἀριπάτρον	quippe Ecl. I	46	primum adsciti
Ἐσπαιίον		63 <sub>4</sub>	
Ἀνηράρονς		63 <sub>9</sub>	
Ἀπολλοδόρον		64	
Ἀριστάρχον		98	
Ἀσκληπιάδον		109	
Ἀρισταῖον		119	
Ἀρχεδήμου		127	
Ἐκαταῖον		143 <sub>27</sub>	

manifestum est errasse pinacographum et quacunque re ductum<sup>2</sup> duos illos philosophos falsum in ordinem redegisse. sed credideris Photi librarios errorem animadvertisse et aut ad litteram *E* traduxisse aut nomina alienae sedi adaptasse. et profecto is qui optimum codicem Venetum exaravit scripsit αἰστιαῖον et αικαταῖον. quae eave putes fuisse in Stobaei codice. nam his in rebus Veneti codicis non maior est auctoritas quam ceterorum. e. g. bibl. p. 496<sup>a</sup> 20 solus habet μηδίας, ceteri codices recte μειδίας, et in Stobaeanis ὑψέον et ὑψέος, ceteri cum Stobaei codicibus ὑψαῖον et ὑψᾶος. sed quod multo gravius est cur tandem Venetus αικαταῖον correxit in ἐκαταῖον, eam formam restituit quam et Stobaei codices habent et Photi libri deteriores, nisi in codice quem descripsit inventit ἐκαταῖον? αἰστιαῖον non videtur in codice Veneto mutatum esse neque ceteri codices habent ἐκαταῖον sed Ἰωναῖον [sic editiones veteres, non quod Gaisford et Bekker interpolaverunt infelicissime Ἰωναῖον]. sed de hoc quoque nomine dubitari nequit. nam Laur.

<sup>1</sup> Schotto unum nomen esse videbatur 'Antipater Istiaeus' et 'Archedemus Hecataeus'.

<sup>2</sup> fortasse in schedulis litterae *A* et *E* in vicinia fuere. ceterum similiter peccatum esse in littera *Z* infra videbimus.

174 [quae componenda sunt cum capite περὶ ὄρασεων κτλ. Ecl. I 357] iterum affertur Εὐρυφάμος, quem pinacographus opinor, si priore loco legisset αἰσθανός, in littera E ante Euryphamum non omisisset.

iam vero ut Photiani codicis imaginem resingamus examinandi sunt ceteri qui restant indices Photiani non ii pauci neque minoribus difficultatibus implicati. quos priusquam singulos recenseamus, quoniam constat de indeole atque ordine ea nunc colligamus quae et ad pinacographi operam illustrandam et ad Stobaei opus restituendum maximi momenti esse videantur. nam aut ego fallor, aut Stobaei operis institutio recte perspici non poterit nisi accuratissime in indices Photianos inquisiveris. itaque hoc ante omnia disceptandum est, utrum Photi ipsius sint indices illi necne. at qui descripsit e codice capitum inscriptiones nonne eundem auctorum nomina collegisse veri est simillimum? sed ne constat quidem de capitum titulis. nam quod Photius quarti libri capita esse dicit quinquaginta octo, enumerat non plus quinquaginta septem, omittit caput cui titulus est ὅτι ὁδὸν ἄλλον παρανεῖν ἢ ἔαντρον [Flor. IV p. 66—68], una bac re satis mihi demonstrari videtur Photium capitum inscriptiones non ipsum e codice suo collegisse et composuisse, sed descripsisse indicem capitum codici praefixum. quid? num talis thesaurus qualem concessit Stobaeus eum quem scriptor voluit usum potuit praebere nisi indice rerum praemisso ἀτακαιπωρος καὶ σύντομος εὑρεας redditus erat? ergo hoc mihi quam maxime probabile esse videtur capitulorum indicem a Stobaeo ipso operi additum esse [epistulae ad Septimum filium subiunctum ut solet], Stobaei summaria capitum nobis servata esse a Photio. quae autem ratio inter hunc capitum conspectum et singulorum capitum titulos intercedat ea de re dicetur posthac in corollario dissertationis 'de Stobaei capitum inscriptionibus.' nunc videndum est num auctorum laterculi ab ipso Photio confecti sint. atque Photium non tam barbarum fuisse ut duos Epicuros esse putaret alterum Athenensem alterum Gargettium haud facile est dictu. neque id ad rem dirimendam aliquid facere videtur quod qui nostro in indice ex Stobaei lemmate Θεοδέκτου fictus est poeta Θεόδεκτος, a Photio bibl. p. 487<sup>a</sup> 1 recto Θεοδέκτης appellatur. nam talia quivis committere potest. graviores Κύτων et Αριστείδης ὁ δίκαιος in quinto, medicorum pictorum ignobilium indice collocati quos Photius qui tot historicorum libros tanto studio perlegit si ipse indices fecisset, sine dubio indici quarto inseruisset. neque credo ille quinque indices

fecisset, fecisset unum. audi quae dicit de diversis laterculis: ἦ δὲ συναγωγὴ αὐτῷ ἐξ τε [φιλοσόφων καὶ]<sup>1</sup> ποιηῶν καὶ φητόφων καὶ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας λαμπρῶς βεβιωκότων ἐγένετο, ὡν ὁς καὶ αὐτὸς γραψα τῶν μὲν τὰς ἐκλογὰς τὸν δὲ τὰ ἀποφθέγματα καὶ τινῶν ἵποθήκας συλλεξάμενος κτλ. quattuor ordines enumerat, tacet quintum. audi porro quae singulis ordinibus praemittit. postquam caput titulos descripsit pergit οἵ παρατίθησιν ὡς ἔργημεν ὁ Ἰωάννης ἐκ τε τῶν ἐκλογῶν καὶ τῶν ἀποφθέγμάτων καὶ τῶν ὑποθῆκῶν δόξας τε καὶ χρήσεις καὶ χρείας. ἀγείρει δὲ ταύτας ἀπὸ μὲν φιλοσόφων — secuntur philosophi — deinde καὶ τῶν μὲν φιλοσόφων ἐξ ὧν τὴν συλλογὴν ἐποίησατο οὗτοι. ποιηται δὲ — secuntur poetae — tum ἄλλα καὶ ποιηται ὡν χρήσεις τοῖς κεφαλαιοῖς παρέθηκεν οὗτοι. δῆτορες δὲ καὶ ἴστοριογράφοι, βιωτεῖς τε καὶ στρατηγοί — καὶ γάρ ἐκ τούτων μαρτυρίας συνήθουσεν — οἵδε, secuntur tres posteriores indices nulla re distincti. appareat Photium cum quattuor videret indicum inscriptiones, indicum partes quinque, et ipsum nescivisse quintus ordo quid sibi vellet. nam ipse si quinque auctorum classes distinxisset scripsisset opinor καὶ ιατροί vel simile quid — καὶ γὰρ ἐκ τούτων μαρτυρίας συνήθουσεν. accedit tertium. quo casu si indices conficimus nomina ponere solemus? quod ego sciam nominativo. atque hunc regnare videmus in quattuor indicibus posterioribus, philosophorum autem nomina afferuntur genetivo. scilicet Photius transcripsit elenchum auctorum Stobaeorum, non ipse nomina ex codice suo descripsit. quare id quoque cavendum est ne genetivi formas Photianas in Stobaei codice fuisse putemus velut *Αἴσαρος Εἰρήνου* [cf. ind. I]. quamquam postquam multis exemplis experti sumus maxima fide confessorem indicum nomina ex optimo suo codice descripsisse omnis haec de auctore indicum disquisitio otiosa esse videtur, quam vix tetigissem nisi doctissimum patriarcham tam acriter solerent ἀκριδίας accusare. nos autem par est si quid peccatum esse videbimus hoc non Photio tribuere sed pinacographo Photiano, quo nomine liceat eum appellare qui indices composuit servatos a Photio, collectos etsi fortasse non ex ipsius Photi codice sed vetustiore, at certe — nam uni Photio eius notitiam debemus — ‘codice Photiano’.

itaque ut mittamus nunc de indicum auctore disputationem, hoc constat Stobaeo inde quantum fieri possit petendum esse auxi-

<sup>1</sup> φιλοσόφων καὶ addidi.

lium. atque primum quidem id quaerendum est num plenum et integrum pinacographus tenuerit Stobaei exemplar, nam inde omnis suspensa est indicum utilitas. atque totius operis initium eum habuisse ipsa documento est nominum distributio. nam Stobaeus quem narrat Photius ipsum dixisse collectionem factam esse ἐκ φιλοσόφων, ποιητῶν, φητίσων καὶ ιστοριογράφων, βασιλέων καὶ στρατηγῶν<sup>1</sup>, auctor ei fuisse videtur ut plures faceret laterculos. et restant in singulorum ordinum initiis sat multa nomina quae iam patet lecta fuisse in prooemio nunc deperdito [cf. Photi verba p. 113 in. ἔπιανος φιλοσοφίας καὶ οὗτος ἐκ διαιρόων αὐτῷ συνηρματισμένος κτλ.]. quae qualia fuerint nunc tractare nolo, id potius videamus quid prooemio non conveniat. namque fuerunt qui putarent Stobaei prooemium quodammodo suppleri posse ex Plutarchi libro de placitis philosophorum. constat enim et Plutarchum et Stobaeum philosophorum placita excerptis ex eadem placitorum collectione — Aetii quem ex inferis citavit Dielesius [Doxographi Graeci coll. Herm. Diels Berol. 1879]. Plutarchi autem prooemium quod item atque Stobaei est de philosophia sententias continet Stoicorum et Aristotelis Peripateticorumque. verum talia in Stobaeo non fuere [v. i. ind. I'Αριστοτέλους]. sed si Dielesio credimus [DG p. 57] generalia illa Stobaeo impune licebat neglegere. quid? licuisse Stobaeo praeterire quam in Aetio Aristotelis de philosophia sententiam invenerit? non licuit mehercule neque unquam tale quid Stobaeus commisit<sup>2</sup>. sed ut cognoscas quomodo res se habeat, libet exordium sumere a re a Photio ut videbitur alienissima, ad illustrandam Stobaei operam gravissima. Stobaeus in excerptis Aetianis [quae seorsim expressa ad Aetii pristinam formam restituendam cum Plutarcho composuit Dielesius l. 1.] philosophorum quorum sententias attulit nominibus patrem patriamque adiecit his locis:

- |                     |   |
|---------------------|---|
| Ecl. I c. 2 p. 15 M | <b>Ξενοχράτης Ἀγαθήνορος Καλχηδόνιος</b>  |
| c. 10 p. 78         | <b>Ἀραξίμανδρος Προειδόν Μιλήσιος</b>     |
| p. 79               | <b>Ἀραξιμείης Εἰρνοτράτον Μιλήσιος</b>    |
|                     | <b>Ἀραξαγόρας Ἡγησιβούλον Κλαζομένιος</b> |
| p. 80               | <b>Πενθαγόρας Μιησάρχον Σάμιος</b>        |
| p. 81               | <b>Μητρόδωρος Θεοκρίτου Χίος</b>          |
|                     | <b>Ζήρων Μησούιον Κιτιεύς</b>             |

<sup>1</sup> en fontem Stobaei quasi digito monstratum Plutarchi q. f. ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν.

<sup>2</sup> cf. infra p. 32.

p. 82      *Πλάτων Ἀρίστονος  
Ἀριστοτέλης Νικομάχου Σταγειρίης*

perexiguus sane huiusmodi locorum numerus et magis etiam mirandus si verum est quod contendunt placitorum consuetudinem hanc fuisse ut patris patriaeque nomen adderetur. sed alia res multo dignior est quae animadvertisatur: uno loco singulorum philosophorum patres patriaeque memorantur; sed cur e.g. non p. 16. 42. 46. 52. 53. 63 Aristotelis Platonisque patres appellavit, cur subito tamquam neglectae rei commonesfactus p. 82 addidit? quae res per se sane levissima casui tamen dari nequit. quid igitur? si verum est in vetustis placitis philosophorum patres nominatos fuisse, si iisdem semel tantum locus est, cui tandem loco convenient? aut ego fallor aut placitorum collectionis initio. nam ubi primum alicuius philosophi nomen profertur, ibi diligentem scriptorem eiusmodi res decet adnotare. quod si recte disputavimus consequitur in fonte Stobaei caput 10 quo agitur περὶ ἀρχῶν καὶ στοιχείων propius afuisse ab initio quam capita 2. 4. 5. 6. 8.<sup>1</sup> iam evolvamus Plutarchum. atque ibi caput de principiis ceteris est anterius. videtur igitur Plutarchus, ut qui Aetium solum compilaverit, communis fontis imaginem accuratius exprimere quam Stobaeus. sed conferamus nunc quotquot in Aetio, quo in reconcinnando Plutarchi ordinem secutus est Dielesius, loci reperiuntur ubi philosophorum nominibus patris patriaeque nomina adduntur. sunt autem hi: DG p. 277 Anaximander [cuius patrem addit Stobaeus — patriam habent Stobaeus et Plutarchus], 278 Anaximenes [Stob. — Stob. Plut.], 279 Anaxagoras [Stob. — Stob. Plut.], 280 Archelaus [Plut.], 280 Pythagoras [Stob. Plut.], 283/292 Heraclitus [Theodoret.], 284 Xenophanes [Theod.], 284 Parmenides [Theod.], 285 Melissus [Theod.], 285 Democritus [Theod.], 285 Metrodorus [Stob. — Stob. Theod.], 285 Epicurus [Plut. Theod.], 286 Empe-

<sup>1</sup> unus obstar videtur Xenocrates c. 10 p. 78. sed eius Xenophanisque qui insequitur sententiam aliunde huic capiti insertam esse ipso loco quem tenent comprobatur. medii sunt inter Thalem Anaximandrumque et Anaximenem Anaxagoram Archelaum, quos in fonte Stobaci coniunctos fuisse monstrant verba p. 79 29 οὗτοι μὲν οὐν... τὴν Ἰωνίην ἐκπληροῦσι φιλοσοφῶν κτλ. deinde ipsa sententiae forma pauculum differt a ceteris [συνεστάγμα τὸ πᾶν], porro Stobaeus huic capiti, quamquam singulare constituit caput περὶ τοῦ παντός teste Photio [c. 34 2 M], contulit sententias περὶ ἀρχῶν καὶ στοιχείων καὶ τοῦ παντός.

docles [Plut.], 287 Plato [Stob. Plut. Theod.], 288 Aristoteles [Stob. Plut. Theod.], 289 Zeno [Plut. Stob. Theod.], 304 Xenocrates [Stob.]. iam quanto auctior sit numerus vides; sed mira res est: singulis patribus in Aetio unus est locus neque unquam Stobaeus Plutarchus Theodoretus inter se dissentiant, omnium patres si excipimus pp. 273—275 eo loco adiciuntur quo prima afferatur uniuseuiusque sententia.<sup>1</sup> quid igitur iudicandum erit de Plutarchi prooemio deque primo capite quae eidem Aetio vindicavit Dilectius? num Aetium uno initio tam pueriliter titubasse putabimus, ut bis nominaret Aristotelem, cui ita ut patris nomen omittetur locus non erat ante p. 288?<sup>2</sup>

<sup>1</sup> obstat iterum Xenocrates cuius de universo locum ex Stobaeo promptum Dilectius rettulit ad DG p. 288. Theodorei autem Heraclitea DG p. 292 [cf. Diels DG p. 45] non sciungenda esse videntur a capite de principiis; quamquam quomodo cum Plutarchi et Stobaei excerptis DG p. 283 concilientur non diudico cf. Diels DG p. 220 sq.

<sup>2</sup> habes simul luculento opinor exemplo comprobatum quantum fructum in indagandis fontibus Stobaei afferat accurata lemmatum examinatio, quantum contra pristinae ubertatis ipsius Stobaei sociordia interierit; iique quam falso iudicent qui tam facili opera fontes assecuntur ut e. g. excerpta poetica quibus cum poetae nomine etiam fabulae vel carminis praeponitur significatio e florilegio quodam petita esse contendant plenioribus ornato lemmatis, cetera ex florilegio quod poetarum nomina sola exhibuerit. verum quo quaero referemus eos locos quos Stobaeus ipse anepigraphos reliquit? — adnectam lemmatum utilitatis exemplum etiam insignius. Flor. I 120. 243. 244 III 190 excerpta habemus 'Ιερακος εξ τοῦ περὶ δικαιοσύνης capitibus inserta diversissimis. videtur igitur Hieracis liber ab ipso Stobaeo adhibitus, non ex aliena collectione sententiae illae depromptae esse. quod si ita est, non praetermittendus erat Hieracis liber in capite eo quo componuntur sententiae περὶ δικαιοσύνης. neque desunt Hieracis loci in illo capite Flor. I 197 [Fl. I 184 autem simul appareat 'Ιεροκλέους a Pearsono recte mutatum esse in 'Ιερακος]. itaque haec licet conicere αὐτολέξει a Stobaeo compilata esse:

'Αρχήτα Πυθαγορείου ἐξ τοῦ περὶ παιδεύσεως ἡθικῆς Fl. I 28 v. II c. 31 = Laur. 206 — 'Αρρανοῦ Επικτητείου ἐξ τοῦ περὶ προνοίας Fl. IV 45 v. Ecl. I 18 — Αἰνωρος ἐξ τοῦ οἰκονομικοῦ Fl. II 78. 366 III 62 v. Fl. III 138 — 'Εργάντον ἐξ τοῦ περὶ βασιλείας Fl. II 247 v. Fl. II 266 — ἐξ τῆς Ἰαμβλήχου ἐπιστολῆς πρὸς Μακεδόνιον περὶ εἰμαρμένης Ecl. II 111 v. Ecl. I 47 — ἐξ τῆς Ἰαμβλήχου Σωπάτρωφ περὶ ἀρετῆς Fl. II 46 cf. II 28 IV 5 v. Fl. I 17 [ubi recte πρὸς Σώπατρον Meineke] — 'Ιπποδά-

similis atque in prooemio res est in Plutarchi libri primi capite septimo. Thaletis eorumque qui secuntur inde a § 11 sen-

μου Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ πολιτείας Fl. III 233 v. Fl. II 98 — Τούνκου ἐκ τοῦ περὶ γῆς Fl. IV 119 v. Fl. IV 71. 83. 90 — Κόιτωνος Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ φρονήσεως Ecl. II 98 v. Fl. I 83 [ubi codd. Κρήτωνος ἦτοι Αιανέππου Π. ἐκ τοῦ π. φρ. καὶ εὐτυχίας] — ἐκ τῆς Νικολίου ἔθων συναγωγῆς Fl. I 118. 130. 138. 167 sqq. v. Fl. II 184 [ἐκ τῶν Ν. ἔθων] — Πλουτάρχου ἐκ τοῦ διαβάλλεν Fl. II 50 cf. I 313 v. Fl. II 78 — Πλουτάρχου ἐκ τῶν περὶ ἔρωτος Fl. II 407 v. Fl. II 375. 393 — Πλουτάρχου ἐκ τῶν ὑγειῶν παραγγελμάτων Fl. I 275 v. Fl. (III 250—253) IV 2 — ἐκ τοῦ [add. Vind. Trinc.] Πορφυρίου περὶ τῶν τῆς ψυχῆς μνήμεων Fl. I 347 v. Ecl. I 249 — Σωτηρίος ἐκ τοῦ περὶ ὁργῆς Fl. I 267 IV 41. 66 v. Fl. I 312 — Ξενοφῶντος ἐκ τοῦ οἰκονομικοῦ Fl. II 240. 360. 44 v. Fl. III 153 — nescio an excipendum sit Άιωνος ἐν τῷ περὶ δουλείας Fl. I 66 et II 366, nam prorsus idem est apophthegma. sed ut sine dubio longe plura fuere quae Stobaeus ipse excerpit velut Platonis Xenophontis Pythagoreorum scripta quaeque solet collocare in extremis capitibus, ita hoc referre non dubito quae etsi nunc non leguntur in Stobaeo tamen olim lecta fuisse ipsi tituli monstrant velut: Λιατογένεος Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ ὀσιότητος Fl. I 128 II 103. 134 Ecl. I 56 cf. Photi titulum II c. 11 [cf. Heeren ad Ecl. I p. 220] — Θεανοῖς ἐκ τοῦ περὶ εὐσεβείας Ecl. I 80 cf. II c. 11 — Κλεινίου Πυθαγορείου Ταραντίνου ἐκ τῶν περὶ ὀσιότητος καὶ εὐσεβείας Fl. I 22 cf. II c. 11 — Ἰαμβλίχου Εὐσταθίῳ περὶ μαντικῆς II c. 31 (Laur. 206) cf. prooem. — Ἰαμβλίχου ἐκ τῶν προτερητικῶν εἰς φιλοσοφίαν λόγων Fl. I 66. 17 II 95. 229 cf. prooem. — Ἰαμβλίχου ἐκ τῶν περὶ ψυχῆς Ecl. II 3 Fl. I 350 Laur. 193 cf. I c. 49 [41 M quod integrum non exstare infra videbimus] — ἐκ τοῦ Πλουτάρχου περὶ φιλίας Ecl. II 101 Fl. II 257 cf. II c. 32 sqq. — Πλουτάρχου ἐκ τοῦ περὶ μαντικῆς Fl. II 357 cf. II c. 13 — Πλουτάρχου ἐκ τοῦ πᾶς ἐστιν ἀπ' ἐχθρῶν ὀφεληθῆναι Fl. I 301 cf. II c. 41 — Θεμιστίου ἐκ τοῦ περὶ ψυχῆς Fl. I 264 III 25 IV 76. 105. 106 cf. I c. 49 [cf. Buecheler rhein. Mus. XXVII (1872) p. 534] — Ρηγίουν ἐκ τοῦ περὶ φιλίας Fl. I 101 II 78 cf. II c. 32 sqq. — ἐκ τοῦ Σκυθίου περὶ φύσεως Ecl. I 67 cf. I c. 41 [35 M] — φιλολόγου Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ ψυχῆς Ecl. I 116 [λέγει γοῦν οὗτος ἐν τῷ περὶ ψυχῆς cf. Diels DG p. 75] cf. I c. 49 — ἐκ τῶν Υψαίου ὑποθηκῶν περὶ τοῦ εὐεργετείν II c. 46 (Laur. 186) cf. II c. 42.

quorum nemini quominus novas sedes obtineat refragantur indices Photiani. unam ipsa lemmatis forma nos vetat Perictionam alieno loco intrudere cuius sententia Fl. I 17 inscribitur Περικτιόνης Πυθαγορείου περὶ σοφίας. Archytac autem q. f. illum locum eumque qui insequitur esse auctor est Iamblichus protr. p. 52. 54 sq. K.

tentias Stobaeus quoque copiose expressit in capite de deo, priora quae ab illis longo distant hiatu plane omisit. 'sed Stobaei silentium ilico diluetur ubi eius c. 2 περὶ τῶν νομιζόντων μὴ εἶναι πρόσωπα κτλ., cui ecloga Epicurea inserenda erat, in codicibus intercidisse cognoris. ergo nihil obstat ne duplicitis rationis auctorem Aetium perhibeamus' [Diels DG p. 59 sq.]. attamen illa nunquam extitisse in Stobaeo docemur indice Photiano, ubi Diagoram et Euhermerum frustra quæsiveris; non defuisse autem caput illud in codice Photiano didicimus cum supra ageremus de Eusebio. itaque Photianis indicibus demonstratur haec aliena esse a Stobaeo, Aetiana ea non esse sed reddenda Plutarcho vel nunc probabile est, et infra graviore etiam argumento confirmabitur.

triginta fere capita quae secuntur satis integra extare videntur<sup>1</sup>, nisi forte hic illic poetae alicuius versus interciderunt [cf. i. indic. II A]. certe philosophi Photiani omnes suas habent patrias excepto uno Sphaero quem quo referam nunc nescio. neque quae ex his capitibus repetita sunt in Florilegio Laurentiano [cf. s. p. 13] ab editis quicquam differunt, immo tam planus plenusque consensus ut nihil possit supra [cf. c. 13 et Laur. 238<sub>6</sub>—7, c. 23 et Laur. 176<sub>8</sub>]. sed statim in capite 31 Laurentianus longe discedit a Stobaei codicibus. habet enim multa quae in his desunt; quamquam quin e Stobaei codice pleniore sumpta sint nullo modo dubitari potest. nam ut tenendum est non solum Stobaeum ab illo compilatum esse sed admixta esse Stobaeana sententiis sacris profanisque e collectionibus Maximi Antoniique similibus petitis ita videmus ea capita quae e Stobaei libro primo ducta sunt satis eum cavisse ne cum parallelorum sententiis miscerentur. quid quod etiam tituli capitum Laurentiani [editi a C. Wachsmuth comm. I et II de florilegio q. d. Joannis Damasceni Laurentiano. Gottingae 1871] qui quidem res ostendunt a Stobaeo in libro primo tractatas unam monstrant originem Stobaeanam? id igitur statuendum erit Laurentiani codicem Stobaei nostris longe locupletiorem fuisse. itaque si Laurentiani excerpta Stobaeana cum capitum quae in indice Photi sunt 31. 38. 50. 51. 52. 53. 54 ru deribus comparabis [v. i. p. 29<sup>2</sup>], qua licentia in describendo codicum nostrorum achetypo librarius grassatus sit facile perspicies: mira

<sup>1</sup> de capite 22 quod Wachsmuthius mancum esse arbitrabatur cf. i. append.

sive pigritiae sive libidinis sive perversi studii constantia Aristotelis Platonisque sententias excerpit et exsecuit<sup>1</sup>, et per sane memorabile est hanc epitomandi consuetudinem in primo libro incipere a capite 30 et exceptis capitum 40 et 41 M quibusdam particulis in toto libro non violari nisi Hermetis Archytæ Porphyrii nominibus. itaque ut ad codicem Photianum revertamur, aut non integer ille fuit aut quotquot auctorum eclogae e capitibus Laurentianis accrescunt Stobæo congruere debent cum auctorum indicibus Photianis: qui quam bene convenient cum Laurentiano et supra in Ehenio experti sumus et intelleget qui indices infra propositos oculis perlustrabit.

verum ne Laurentianis quidem capitibus consequimur Stobæi tam locupletem codicem qualem habuit pinacographus Photianus. sed aliunde nobis nova auxilia succurrunt. nimirum Aetii placitorum collectionem vidimus compilatam esse a Stobæo licetque conicere in iis capitibus quae in codicibus interciderunt similia posita fuisse atque in Plutarchi libro leguntur. itaque recte videtur Dielesius in DG paginae 420 parte dextra expressisse ex Photio lemma *Δεωφάνης* cuius eclogam aliquam habet Plutarchus. itane? nam quomodo demonstrabit ipso hoc loco Stobæum Leophanis sententiam aliquam exhibuisse similemque Plutarchæ? fecit tamen ille rectissime. qua autem ratione putas Stobæum usum esse in describendis Aetii placitis? conferamus aliquando cum Plutarchi excerptis Aetianis quidquid horum in triginta prioribus capitibus Stobæi reperitur: verbosiorum interdum Plutarchum, auctorum et eclogarum numero Stobæum inveniemus multo ditiorem [cf. e. g. DG p. 302—304]; componamus ea placita quae habet Plutarchus omittit Stobæus. sunt autem haec:

DG p. 273 sq. [prooem.] de quibus cf. s. p. 18 sqq.

DG p. 286 [*περὶ ἀρχῶν καὶ στοιχείων*] desideratur sententia Empedoclis: sed exstat eius sententia cum Plutarcho congrua, aliunde tamen petita [cf. Diels DG p. 88 sqq.] p. 77 M

DG p. 291 [*εἰ ἐν τῷ πῦρ*] Platonis: Stobæus ipsum Platonem adiit cuius locum posuit p. 137 [cf. tamen Diels DG p. 58. 59]

<sup>1</sup> ne horum quidem omnia exscribere sustinuit, longior videbatur Aristotelis locus Laur. p. 233, arripuit igitur sententiolam p. 234 19 = Ecl. I 353 4, fugit eius aciem Platonis nomen inter multa alia latens Laur. p. 234, praetervidit Aristotelem Laur. p. 176. eadem re factum est ut tot capitum inscriptiones in codicibus nostris deperirent.

DG p. 297—301 [περὶ θεοῦ] de quibus cf. supra p. 21 sq.

DG p. 308 [περὶ ἡλης] sententiam quae Aristoteli et Platoni tribuit Plutarchus uni datur Platoni: sed fraudem non fecit Stobaeus. nam Aristotelis placitum in Aetio a Platone separatum fuisse monstrat Theodoreetus. at omittit Aetii placitum Aristotelicum: sed fusius Aristotelis sententiam exponit Arii Didymi opes secutus p. 85 cf. Didymi fragm. 2 Diels [DG p. 448]

DG p. 309 [περὶ ἴδεις] desiderantur Platonis Aristotelis Zenonis Stoicorumque placita: quae impune licebat omittere cum longe laudatores praesto essent Arii Didymi collectiones v. p. 87 sqq. = Didymi fr. 3. 1. 40

DG p. 310 de Stoicorum [περὶ αἰτίων] sententia deest exile excerptum: Stobaeus iterum locupletiorem Didymi thesaurum adiit et p. 90 sq. Zenonis Chrysippi Posidonii sententias excerptis cf. fr. 18

DG p. 317 [περὶ τόπου] omittit Aristotelem: p. 104 in. [DG p. 3175 sqq.] copiosius etiam eius de loco sententia exponitur [nam Stobaeus coniunxit uno capite περὶ κεροῦ καὶ τόπου καὶ χώρας] de cuius indole cf. Diels ad DG p. 316<sub>14</sub>

DG p. 318 [περὶ κυνήσεως] Πνθαγόρας Πλάτων Plutarchus Πνθαγόρας Stobaeus: Platonis locos attulit p. 113

DG p. 320 [περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς] Zenonis nomen om. Stobaeus, cuius sententiam ex Didymo [fr. 36] refert p. 115

DG p. 321 semel Stobaeus recipit Democritum

DG p. 322—324 [περὶ εἴμασμένης] desunt sententiae Stoicorum: lacunosum esse Stobaei locum p. 45<sub>25</sub> sqq. vidit Dielesius. Platoniorum excerptorum videtur Stobaeus alterum omisisse

DG p. 329 [περὶ σχῆματος κόσμου] Epicuri sententia eum effugit cum diversa Aetii capita colligaret uno capite 15 περὶ σχημάτων

DG p. 333 [πόθεν τρέφεται ὁ κόσμος] omittitur Plato: exstat Platonis Timaei locus p. 123

DG p. 334 deest sententia Empedoclis [p. 335 Platonis]: ἀπὸ ποιὸν ποώτον στούχειον ἥρξατο κοσμοποιεῖν ὁ θεός caput nullum unquam in Stobaeo fuit cf. i. append.

DG p. 336 [περὶ τάξεως τοῦ κόσμου] Platonis: v. locum Timaei p. 135

DG p. 338 sententiam quae Platonis et Aristotelis esse videtur

Stobaeus inseruit excerptis Platonicis p. 107. sed non constat de nomine Aristotelis cf. Diels DG p. 9

DG p. 345 Stob. cum Anaximandri et Anaxagorae sententias aliis locis continuaret omisit Metrodori Cratetis Democriti Cleanthis nomina cf. p. 346<sub>18</sub>. [damnum interdum haud ita feliciter reficere conatus est cf. p. 345 τούτῳ δὲ συνομολογεῖ καὶ Ἀλκμαιών]

DG p. 347 Metrodori: non proprium Stobaei caput est περὶ τῶν καλούμενων Λοσκοίρων

DG p. 349 sqq. [περὶ ἡλίου] Platonis Aristotelis Anaxagorae Stoicorum Epicuri Platonis Pythagorae Aristotelis: Aristotelis sententia posita est p. 146 = Didymi fr. 10, Chrysippi p. 147 = Didymi fr. 33, nonnulla facile concedam a Stobaeo praetervisa esse cum in hoc capite 'dissociata locis concordi pace ligaret' [cf. Diels DG p. 67. 353<sup>b9</sup> adn.] sed Platonis excerpta nescio an exciderint. certe vix a me impetro ut credam huic capiti nihil deesse, p. 148 a Stobaeo Arati versibus lemma appositum esse Φιλολάον ἐκ Βαχχῶν

DG p. 360 in Stobaeo fortasse casu omittitur Aristotelis nomen. restant pusilla atque exilia illa excerpta Plutarchi p. 344<sub>6</sub> [ἔνιοι] 354<sub>15</sub> [ἔνιοι] 364<sub>6</sub> [ἄλλοι]: talia non curat florilegorum genus, nomina sectantur non sententias. iam vero DG p. 373 postquam Platonis largissimum locum descriptsit subito Stobaeus neglegere videtur Anaximenis Anaxagorae Metrodori de iride sententias: apparet ab hac parte capitinis 30 incipere epitomatoris operam. itaque hoc certum esse videtur ubicunque tituli Stobaei originem ostendunt Aetianam — nam e. g. περὶ Νεῖλον ἀναβάσεως sive περὶ δαιμόνων καὶ ἥρωών Stobaeus agere noluit — Aetii lemmata omnia fuisse in Stobaeo, sententias Aetianis saepe ubiores allatas esse cum ex aliis fontibus tum ex Didymo atque ex Platonis libris petitas<sup>1</sup>. quodsi tanita cum assiduitate unum quem scimus fontem Stobaeus suum in opus transtulit ut nisi locupletiora aliunde suppeterent nihil sibi praetermittendum esse putaret<sup>2</sup>, nonne iure eadem fuisse eius in ceteris quoque fontibus, quos quidem secutus est primarios, describindis religionem putabimus?

sed redeundum est ad indices Photianos. perspicuum est iam licere uti lemmatis Aetianis ad illustrandum ordinem indicum.

<sup>1</sup> non tamen ubi Didymea sive Platonica adsumpsit neglexit semper Aetiana. saepe Aetianis illa subiungit cf. Diels DG p. 74 VI. VII.

<sup>2</sup> paucula tamen in conglutinandis Aetii membris periisse vidimus.

quorum nomina quanto cum fructu cum Plutarcheis conferantur singulis locis apparebit. hoc addam Photianis laterculis quam maxime comprobari quae modo de Stobaei in excerptendo Aetio diligentia disserimus. neque solum omnia placita descriptis Stobaeus quae sunt in Plutarcho quaeque habent Theodoretus<sup>1</sup> et Nemesius [cf. ind. I *Kouitov*], verum ut par est his quoque partibus quae in codicibus hiant lacunis eius excerpta locupletiora fuerunt: Apollophanis sententiam certe vix aliunde sumpsit nisi ex Aetio [cf. ind. I s. v.]. qua re id simul probatur ne prolixum quidem caput de anima [41 M] integrum nunc extare: p. 226 postquam archetypi codicum nostrorum librarius Aetiana multa exaravit tamquam subito meminerit iusto plus dormitanter sese descriptisse rursus Hermetis Platonis Aristotelis sententias seligere incipit, praetervolat Heraclitum Empedoclem Critiam sqq. neque Aetii tantum excerpta multa inde a capite 30 in codicibus interciderunt epitomatoris diligentia, sed aliorum quoque auctorum loci haud pauci codice Photiano continebantur qui nunc plane desiderantur. atque multa nominum Photianorum non dubito referre ad amplissimum quod videbatur caput de anima. [cf. quae supra p. 21 not. de Iamblico Themistio Philolao contulimus]. sunt illi Pythagorei philosophi non ii plerique nunc exsulantes a Stobaeo sed ita in Stobaeo memorati ut ex partibus superstibus Photiana nomina sumpta esse nullo modo possint. primum enim non iustus efficitur ordo si comparamus eos locos ubi nomina leguntur Attici Amelii Harpocratensis Nicolai Numenii; quae pinacographum respexisse non licet putare nisi sumimus p. 251 in Photiano codice defuisse lemma *ἐν ταντῷ*, defuisse p. 262 quod e Canteri versionis latinae margine petiverunt lemma *Ταυτικῶν περὶ ψυχῆς*, defuisse quae inde a p. 265 singulis locis solent addi lemmata *ἐν ταντῷ*. deinde nomina nonnulla apud Photium relincuntur media inter illa posita quae in Stobaeo nunc frusta circunspicias. contra desunt in Photio sat multa quae qui cetera exscribere voluit praeterire non debebat, velut *Κρόνος*

<sup>1</sup> desunt tamen in Stobaeo quae servavit Theodoretus DG p. 284 sq. Parmenidis et Melissi placita [cf. p. 356 ubi ditior est Heracliti nomine p. 329 *οἱ μὲν — οἱ δὲ* p. 357 *ἄλλοι*]. sed omnino Theodoreti his in rebus difficilior comparatio videtur cf. s. p. 20<sup>1</sup>. fac autem haec neglexisse Stobaeum num eam ob rem eius diligentiam laude minus dignam iudicabimus?

p. 272 <sup>29</sup> Πτολεμαῖος p. 275 <sup>8</sup> Ἡριλλός p. 279 <sup>17</sup> Κουροῦτος p. 280 <sup>9</sup>.  
 hoc igitur videtur esse concludendum fuisse etiam in codice Photiano lemmata illa ἐν τανῆ̄ neque quemquam eorum qui p. 262 sqq.  
 citantur philosophorum ex his locis a pinacographo in indices esse  
 relatum, sed intercidisse alicubi post locum Aresae p. 255 [cf. ind.  
 I s. v.] larga excerpta quibus illorum de anima sententiae contine-  
 bantur. Attici locus insignis exstat apud Eusebium PE XV 9  
 Longini XV 21 Severi XIII 17 Aristandri sententiam novimus ex  
 Procli comm. in Plat. Tim. p. 187 B, ceterorum memoria non  
 prorsus evanuit in Stobaei reliquiis. sed unde nobis veniet de Ae-  
 gimio notitia?

postquam primi libri deserta spatia non levi sane pede emensi  
 sumus transeundum est ad alterum librum cuius iam dixi in codi-  
 cibus nihil superesse nisi novem capitum priorum fragmina, si ca-  
 pita 7 et 8 [6. 7M] excipimus, miserrima. sed horum lacunas  
 aliquo modo resarcire licet. nam in Florilegio q. d. quae leguntur  
 capita 80—82 ab hac sede aliena esse Photi capitum recensu do-  
 cemur, libri secundi capitibus 1. 4. 2 reddenda esse post Schottum  
 Fabriciumque egregie demonstravit C. Wachsmuth Versprengte  
 Trümmer der Eklogen des Stobaeus in seinem Florilegium rhein.  
 Mus. XXVII (1872) p. 73 sqq. cf. de Stobaei eclogis p. 9 [v. i. p. 30  
 not.] quorum unum certe iam in suo exemplari non eo loco quo positi-  
 tum erat a Stobaeo invenit anonymous Laurentianus qui fortasse  
 saeculo XI non est recentior<sup>1</sup>. quae capita in Photiano quoque codice  
 patriam deseruisse nihil prorsus est cur censeamus. nam pristino  
 loco si inserimus nullo modo auctorum nomina in Photianorum  
 indicum ordinem peccant. sed arripiat quispiam Pyrrhonis nomen  
 [Flor. III p. 103 <sup>10</sup>] ut evincat in Photiano codice caput II 1 non  
 plenius fuisse quam et in codicibus nostris et in Laurentiano. vide  
 nomina indicis I:

*Ιηωταγόφου* I c. 50 = Ecl. I 353<sub>3</sub> (Laur. 234)

*Ινθιάδος* III c. 31 = Flor. II 28

*Πίρρωνος* II c. 1 = Flor. III 103 [= Ecl. II 3 <sub>24</sub>]

<sup>1</sup> de ceteris non confidentius diiudicaverim, nam horum in Laurentiano nil superest nisi inscriptiones, nostris in codicibus et Eclogarum et Florilegii ipsae inscriptiones capitumque initia desunt. tria autem folia simul ex Eclogis migrasse in Florilegium ut putemus id suadere videtur quod uno atque eodem Florilegii loco inserta et descripta sunt.

tamen hac re nihil probatur. velim memineris qua ratione pinacographus noster in enotandis nominibus usus sit [cf. etiam i. p. 35<sup>1</sup>]: ea neglegit quae invenit in excerptis lemmate ornatis. fuit autem hoc loco lemma *Λιδίμου ἐκ τοῦ περὶ αἰρέσεων*, nostris in codicibus positum ad marginem p. 3 versus 23 [v. Diels DG p. 78]. at quid faciemus Pyrrhone? cuius locum equidem contendo quaerendum esse post III c. 31, post sententiam Pythiadis. atque ultro se offert lemma

*Πύρρωνος* IV c. 53 = Flor. IV 117: hinc igitur nomen sumpsit pinacographus.

pergamus capita alterius libri quae restant cum Photianis laterculis comparare. capitis septimi de ethico genere philosophiae pretiosissima excerpta sumpta esse ex Ario Didymo singulari Meinekii merito edocti sumus. in tres partes Stobaeus divisit materiam quarum prima [p. 12—26] in codicibus anepigrapha est. inscriptio tamen in codice Photiano non defuit. nam si defuisisset non abessent a laterculis *Φίλων* p. 14 *Εἴδωλος* p. 16. quid igitur? Stobaeumne iudicabimus inscripsisse lemma *Λιδίμου?* certe equidem cum iustior inscriptio inveniri vix possit, haec optime conveniat cum Photiano indice, reponenti illud non offecerim.

capitum alterius libri triginta septem quae enumerat Photius in codicibus hodie nec vola nec vestigium. neque admodum multa repetita sunt in Laurentiani quae aetatem tulerunt capitibus neque ea ita ut Stobaeanic alieni nihil admisceatur. nam ut in libro primo Stobaci vestigia adeo pressit anonymous ut e. g. N 6 = Stob. I c. 31 *περὶ νερῶν διμήχλης ξετοῦ δρόσους χιόνος χαλάζης* confundere nollet cum parallelorum capite *περὶ ξετοῦ καὶ βροχῆς* [cf. *B παραπομπ. 6*], ita in tribus posterioribus libris vix uno in capite Stobaeum describere satis habuit sed Stobaeana coniunxit cum sententiis e ‘libro parallelorum’ petitis; velut statim Stob. II c. 1 [*περὶ τῶν τὰ θεῖα ἔργηνευόντων καὶ ὡς εἴη ἀνθρώποις ἀκατάληπτος ἡ τῶν νοητῶν κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλήθεια*] p. 1—4<sub>16</sub> a Laurentiano A 31 p. 238<sub>28—27</sub> ita iteratur ut plurima praemittantur excerpta ex divinis litteris et ss. patribus deprompta, titulus autem detur parallelorum sacrorum Ioannis Damasceni A 3 *περὶ τοῦ ἀκατάληπτον εἶναι τὸν θεὸν καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ καὶ ὅτι οὐ δεῖ ἡμᾶς τὰ κρυπτὰ ζητεῖν ἡ περιεργάζεσθαι· ἀνέφικτος γὰρ καὶ ἀκατάληπτος ἡ τούτων εὑρεσίς*. quare singulis capitibus quaerendum est quid quantumque e Stobaeo fluxerit: quam quaestionem tractavit C. Wachsmuth

de Stob. ecl. p. 20 sqq. [v. s. p. 13], optime eum tractasse comprobant indices Photiani, quorum nominibus sat multis Laurentianii ope eum qui convenit locum licet apponere. neque quisquam auctor in illis capitibus memoratur qui pugnet cum ordine Photi. unus apud Photium deest Herodorus II c. 31 = Laur. 198 cuius sententia num re vera ex Stobaeo sumpta sit valde dubito. nam receptam eam fuisse in parallelorum libro documento est Laurentianii caput περὶ νεότητος κτλ. p. 150 ubi ne verbo quidem mutato eadem expressa sunt. quodsi ea capita Stobaei omnia quae Laurentianii beneficio contigit ut servarentur continebat codex Photianus, quid obstat quominus librum secundum integrum eum habuisse asseveremus?

accedimus denique ad Florilegium quod satis incolume nos habere Photi docent et capitum conspectus et auctorum laterculi<sup>1</sup>: deest tamen in codicibus Flor. II p. 203 libri quarti caput tertium περὶ δῆμουν, non defuit in codice Photiano siquidem Pherecratis poetae versus ibi collocatos fuisse ordine Photiano quam certissime evincitur.

itaque hoc longo et molesto itinere assecuti sumus<sup>2</sup> ut ex-

<sup>1</sup> longius a Florilegii codicibus recedit Laurentianus qui in Eclogis plane consentit cum libris nostris. nam et ordinem exhibet haud raro diversum et multa omittit, nonnulla rursus habet quae in Florilegio nunc desunt. sed qui Laur. p. 172 [III. c. 28] profertur Τιμόθεος poeta eius nomen Photius non novit cf. ind. II.

<sup>2</sup> subiungam hoc loco Photiana capita secutus conspectum reliquarum Stobaei quas servarunt codices additis capitibus Laurentianis [cf. Wachsmuth de Stobaei eclogis p. 11 sqq.] iisque Aetii partibus quas a Stobaeo excerptas esse conicere licet:

περὶ ἀριθμητικῆς = Stob. Ecl. ed.	36 = I 171 <sub>19</sub> —174 <sub>10</sub> A. III 15
Mein. I 1—6	37 deest codd. A. III 16
I 1 = I 7—26 <sub>21</sub> [cf. ind. I A 16]	38 = I 174 <sub>11</sub> —20 L. 244 <sub>5</sub> —245 <sub>6</sub>
2 = I 26 <sub>22</sub> —27	A. III 17
3—29 = (c. 3—29 M) I 27—167	39 = I 174 <sub>22</sub> —175 <sub>28</sub>
cf. Aet. I—III 3 [18 = Laur. 238 <sub>6</sub> —7. 23 = L. 176 <sub>8</sub> ]	40 = I 175 <sub>29</sub> —189 <sub>28</sub>
30 = I 167—170 A. III 5. 18. 6	41 = I 190 <sub>4</sub> —206 <sub>26</sub> A. I 30
31 = I 170 <sub>25</sub> —171 <sub>7</sub> L. 151 <sub>8</sub> —155 <sub>23</sub> A. III 4	42 = I 206 <sub>29</sub> —208 <sub>14</sub> A. V 19. 6. 21. 23. 22. 7. 8. 11. 12. 9. 13. 14. 10. 15. 16. 18 [cf. append.]
32 = I 171 <sub>10</sub> —18 A. III 7	43 = I 208 <sub>16</sub> —21 A. V 20 [cf. app.]
33—35 desunt codd. A. III 9. 11. 10. 13	44 deest codd. A. V 24. 25
	45 = I 208 <sub>23</sub> —209 <sub>4</sub> A. V 26

ploratum habeamus codicem Photianum totum Stobaei opus comprehendisse, Photianis indicibus cum accuratissime pinacographus omnes locos exscripserit quibus singuli auctores primum afferuntur firmum paratum esse fundamentum quo nisi certius iudicare poterimus de ratione quae intercedat inter Stobaeum ceterosque gnomologos in quibus sunt fortasse praeter Laurentianum etiam alii qui Stobaei plenius exemplar adhibuerint. nam id effectum est ut aliquo modo discerneré possimus quid singulis locis lacunisque conveniat quid non conveniat.

atque uno exemplo iam demonstrare posse mihi videor quanti his in quaestionibus pretii sint indices Photiani. Maximi Confessoris

46 = deest codd. A. V 27. 28	6 = Ecl. II 12 <sub>15</sub> —17
47 = I 209 <sub>7</sub> —219 <sub>13</sub>	7 = Ecl. II 12 <sub>19</sub> —95 <sub>12</sub>
48 = I 219 <sub>16</sub> —225 <sub>17</sub>	8 = Ecl. II 95 <sub>14</sub> —114 <sub>28</sub>
49 = I 225 <sub>21</sub> —352 <sub>21</sub> A. IV 2—7	9 = Ecl. II 115 <sub>2</sub> —120 <sub>30</sub>
50 = I 352 <sub>25</sub> —355 <sub>26</sub> L. 232 <sub>7</sub> — 236 <sub>21</sub> A. IV 8. 9	reliqua desunt codd.
51 = I 356 <sub>5</sub> —29 L. 236 <sub>22</sub> —238 <sub>5</sub> A. IV 10	13 cf. A. V 1
52 = I 357 <sub>4</sub> —360 <sub>19</sub> L. 172 <sub>17</sub> — 176 <sub>2</sub> A. IV 13. 14	15 = L. 156 <sub>8</sub> —166 <sub>14</sub>
53 = I 360 <sub>24</sub> —361 <sub>8</sub> L. 238 <sub>9</sub> —24 A. IV 16	31 = L. 188 <sub>7</sub> —225 <sub>14</sub>
54 = I 361 <sub>9</sub> —32 L. 176 <sub>5</sub> —18 A. IV 17	33 = L. 167 <sub>2</sub> —169 <sub>15</sub>
55 = I 362 <sub>2</sub> —363 <sub>27</sub> A. IV 18	46 = L. 184 <sub>11</sub> —187 <sub>24</sub>
56 = I 363 <sub>28</sub> —364 <sub>5</sub>	III 1—42 = Fl. c. 1—42 M
57 = I 364 <sub>7</sub> —16 A. 19—21	5 = L. 177 <sub>25</sub> —178 <sub>14</sub>
58 = I 364 <sub>20</sub> —30 A. IV 12	6 = L. 240 <sub>21</sub> —241 <sub>8</sub>
59 = I 365 <sub>2</sub> —366 <sub>10</sub>	11 = L. 242 <sub>3</sub> —243 <sub>14</sub>
60 = I 366 <sub>18</sub> —368 <sub>31</sub> A. IV 22. 23	13 = L. 180 <sub>5</sub> —182 <sub>6</sub>
II 1 = Ecl. II 1—3 <sub>24</sub>	27 = L. 171 <sub>12</sub> —15
Fl. III 103 <sub>6</sub> —108 <sub>25</sub>	28 = L. 171 <sub>18</sub> —172 <sub>12</sub>
Ecl. II 3 <sub>24</sub> —4 <sub>24</sub> L. 238 <sub>26</sub> —27	31 = L. 229 <sub>20</sub> —25
2 = Ecl. II 4 <sub>25</sub> —7 <sub>11</sub>	32 = L. 230 <sub>3</sub> —231 <sub>4</sub>
Fl. III 113 <sub>24</sub> —118 <sub>21</sub>	40 = L. 155 <sub>30</sub> —156 <sub>2</sub>
3 = Ecl. II 7 <sub>14</sub> —8 <sub>14</sub>	IV 1 = Fl. II 79—158
4 = Fl. III 108 <sub>15</sub> —113 <sub>23</sub>	2 = Fl. II 158—203 L. 150 <sub>20</sub>
Ecl. II 9 <sub>3</sub> —11 <sub>8</sub>	—151 <sub>6</sub>
5 = Ecl. II 8 <sub>17</sub> —30 11 <sub>9</sub> —12 <sub>13</sub>	3 deest codd.
	4—58 = Fl. c. 45—126 M
	11 (52 M) = L. 147 <sub>2</sub> —9
	26 (84) = L. 228 <sub>24</sub> —229 <sub>9</sub>
	35—36 cf. A. V 30

Sermones constat quam plurimum habere similitudinis cum Stobaeo<sup>1</sup>, sed utrum ipsi Stobaeo aliquantum debeat an sumpta sint quae congruunt ex uno eodemque quo Stobaeana fonte multum litigatur. quae res eam maxime ob causam tam difficilis est diiudicatu quod neque Stobaeus neque Maximus de fontibus e quibus hauserint quidquam produnt. sed insperata lux ni fallor affulget ex indice Photiano. Flor. III 204 leguntur versus *Κράτιωνος* ut scribitur in codicibus ['Cratonis, alias Crantonis' Gesner] eisdemque a Maximo p. 571 inscribitur *Κράτιωνος*. iuvat versus in conspectu ponere:

Stob.

Max.

$\text{oὐκ ἔσπι πενίας οὐδὲν ἀθλιώτερον}$ $\text{ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα· καὶ γὰρ}$ $\text{ἄν φύσει   σπονδαῖος ἡς, πένης δὲ,}$ $\text{καταγέλως ἔσῃ}$ $\text{πένης δὲ om. A καταγέλλαστος ἔση Tr.}$	$\text{oὐκ ἔσπι πενίας μεῖζον οὐδὲν}$ $\text{ἐν βίῳ   σύμπτωμα· καὶ γὰρ}$ $\text{ἄν φύσει σπονδαῖος ἡς,  }$ $\text{καταγέλλαστος ἔσῃ}$
---	---

medius est Maximus inter codices Stobaei nostros sed quantum quidem video pendet a Stobaeo. sed omnem dubitationem tollit Photius: Cranto nomen inauditum, *Κρίτωρ* proposuit Bergkius, neutrum legit pinacographus Photianus, legit quod coniecerat dum Grotius *Κράντορος* [v. ind. II]. quid igitur? nonne manifestum est Maximum Stobaei codicem habuisse nostrorum similem, Photiano deteriore? alter etiam locus in promptu est quo haec res confirmetur. Stob. Flor. IV 2 et Max. p. 651 [item atque Stob. Flor. III 248] legitur nomen *Τρόγιλος* et ipsum nemini auditum Photioque incognitum. fuit in codice Photiano recta nominis forma [cf. ind. III] *Τρόγιμος*. quodsi verum est inesse in Maximi collectaneis Stobaeana quaerendum erit quid quantumque e Stobaeo sumpserit. quae res et difficilior est quam quae in transcurso tractari possit et ad umbilicum adduci nequit priusquam Maximi iusta editio adsit: hoc iam nunc affirmare audeo poetarum excerpta Maximi paene omnia fluxisse e Stobaeo<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> unum iam supra exemplum attuli cum agerem de Pirithoo poeta quém habet Photius. vide alterum exemplum alia quoque re conspicuum. in Eur. frg. 326 Naucki [qui Maximum nescio quam ob causam prorsus sprevit] quartum versum omittunt et Stobaeus et Maximus p. 570 Comb. [cf. Tischendorf Anecdota sacra et profana<sup>2</sup> p. 220<sub>18</sub>] et Seneca ep. 115.

<sup>2</sup> nuper Freudenthal zu Phavorinus und der mittelalterlichen

disputavimus de Stobaeo: Aetii ope quem excerptis Stobaeus, Laurentiani reliquiarum quibus insunt capita de Stobaeo transcripta auxilio Stobaei librorum codicem nacti sumus etsi non eum qualis a Stobaeo profectus est qualemque usurpavit pinacographus Photianus volgari tamen multo ubiorem. redeamus nunc ad indices Photianos, videamus qua ratione in recensendis Photi laterculis utendum sit. nam restant in his quoque quae egeant explicatione. scimus primum uniuscuiusque scriptoris locum in indices receptum esse — inventum sane simplicissimum — sed ordo nominum adeo interdum obscuratur vix ut agnoscatur: scimus semel quemque auctorem a pinacographo exscriptum esse: multa tamen nomina totiens in diversis laterculis iterantur ut quem locum resperxerit merito dubitaveris; haud raro quae exscriptis pugnant cum iis quae nos loco unde sumpsit invenimus. ut ab hac re ordinar' ex Ecl. I 16 vidimus depromptum esse nomen Ἐπίκούρου Ἀθηναίου, exstat tamen in codicibus nil nisi Ἐπίκουρος neque Aetius cuius est excerptum plus dederat, nam patriae nomen adiecerat loco quem Stobaeus posuit Ecl. I 81. itaque Ἀθηναίου verbum de suo addidit pinacographus, addidit eam ob causam quod ne confundetur cum altero Epicuro quem putabat verebatur, cum Epicuro

Florilegieneratur rhein. Mus. XXXV (1880) p. 428 eandem rem attigit. sed quod ponit ille Stobaeum ipsum Plutarchi libros adiisse ut recte se habere facile concedo [de apophth. reg. et imp. v. s. p. 18<sup>1</sup> cf. C. Schmidt de apophthegmatum Plutarchi collectionibus I diss. Gryph. 1879 p. 68<sup>144</sup>, de aliis Plutarchi libris v. s. p. 21 not.] ita cur Plutarchea per alios quoque rivulos in Stobaeum migrasse negemus non video. maioris momenti opinor singuli sunt loci quos quidem demonstrari potest a Stobaeo ex ipsis auctorum libris esse excerptos. atque eorum quae s. p. 20<sup>2</sup> ab ipso Stobaeo compilata esse iudicavimus in Maximo nonnulla iterari conspicimus velut p. 542 ἐκ τῆς Νικολάου συναγωγῆς cf. Stob. Fl. I 167 — p. 661 ἐκ τῶν Νικολάου ἑθῶν cf. Fl. II 46 26 — p. 567. 594 Σωτιλωνος ἐκ τοῦ περὶ ὀργῆς cf. Fl. I 267. 312<sub>18</sub>—24 [Σ. ἐκ τοῦ π. ὀργῆς β' Stob.] — p. 564 Ρηγίνου cf. Fl. II 78 [*Ρηγίνου* ἐκ τοῦ περὶ φιλίας Stob.] — quibus addere non dubito p. 538 Ἰαμβλίχου ἐξ ἐπιστολῶν περὶ σωφροσύνης ubi nullo intervallo continuantur Fl. I 121<sub>17</sub>—21 et 28—31 — p. 618 dictum ‘Σωφρόκλεος’ quod Stobaeus Fl. I 296 inscribit τοῦ αὐτοῦ i. e. Πλούταρχου ἐκ τοῦ ὅτι καὶ γνωτίσας παιδεύετον [τοῦ αὐτοῦ om. cod. Vind. Trinac.] — p. 542 ἐκ τοῦ Πλούταρχου ἰστοριῶν cf. Fl. I 172 ubi ἐκ τῶν Πλούταρχου διηγήσεων Stob. cf. Plut. Parall. p. 305b. sed nunc non est locus longius exspatiandi.

Gargettio. hac autem re probatur loco superiore qui iam desideratur lemma fuisse Ἐπικούρου Γαργητίου. — Epicurum falso divisit, quos discernere debebat non distinxit. non fingemus hominem docut et litteratum qui vel Stobaei errores emendare conaretur, nam pinacographi non grammatici partes agebat. sed putaveris eum eos seiunxisse quos ipse Stobaeus distinxit velut Ecl. I 14 legitur Διόδωρος ὁ Τύριος Ecl. I 82. 108 Διόδωρος ὁ Κρόνος, Ecl. I 46. 98 Ζήνων ὁ στωικός Flor. I 167 Ζήνων ὁ Ἐλεάτης aliaque multa quae enumerare nihil attinet. his igitur nominibus nostrum erit nil nisi primum locum infra adscribere. sed multos auctores ita divisit ille ut diversis laterculis assignaret. quod cur singulis locis fecerit in quatuor primis indicibus facilius cognoscitur, in quinto perspectu est difficillimum. atque philosophorum dignitatem dedit haud paucis auctoribus, praesertim in indicum initii multi relincuntur qui non suo iure hoc referri videantur. quos cum invenerit in capite de laude philosophiae hanc ob rem pinacographo non succen-sebimus. — contra poetam neminem credidit nisi cuius versus a Stobaeo referri videbat. neque tamen omnes quorum versus legit in Stobaeo poetis inseruit neque omnium poetarum quorum apophthegmata invenit nomina ceteris quoque indicibus attribuit. scilicet litterarum graecarum non adeo fuit ignarus ut cum legeret Empedoclis versus Ecl. I 77. 103 sqq. Solonis Fl. I 189 IV 123 Pythagorae Fl. I 3. 72 sqq. Heracliti Ecl. I 76 Demonactis Fl. I 337 al. hos seiungeret a philosophis, apophthegmata Aeschyli Fl. II 18 Anacreontis Fl. III 185 Arati [Sicyonii] Fl. II 315 Pindari Fl. III 103 Sophoclis Fl. I. 145 al. auctoribus daret a poetis diversis. sed ignoravit optimus vir priscorum philosophorum commenta versibus fuisse conscripta Xenophanemque et Parmenidem reposuit et in primo et in altero indice: quamquam in Xenophane ea re excusat quod versus leguntur loco priore Ecl. I 57, philosophi locus est Ecl. I 78. sed quamvis exigua fuerit pinacographi scientia quo plus conscripsit eo maior indicum utilitas.

tertio laterculo dedit rhetores et historiographos, quorum in nominibus consignandis tam circumspectum se praebuit ut prodere videatur scientiam paulo reconditorem. sed hac in re auxilio non caruit, duce usus est longe optimo, ipso Stobaeo. vide eius lemmata Κορηλιανοῦ κατὰ Βεροίκης, Καλλισθένους ἐν γ' Μαχεδονίκῶν, Κλειτοφῶντος ἐκ τοῦ ε' Ἰταλικῶν, Κτησίου Κνιδίου ἐν β' περὶ ὅρῶν, nimirum lemmata fuerunt in codice Photiano. qualia nunc

legimus in optimo codice Parisino plenioraque iis quae habent Vindobonensis et Trincavellus qui solent simplex nomen apponere. itaque talia infra suis locis erunt adnotanda.

quarto indici cuius inscriptionem dixi monstrare tamquam fontem Stobaei Plutarchi apophthegmata tribuendi erant reges et imperatores. qua in re item Stobaeum ipsum fuisse ducem indicio est Clitarchus Fl. II 314 [*Κλειτάρχου Κλείταρχος ὁ ἰστοριογράφος* cf. II 395 *Κλ. ἐν ε' περὶ Ἀλεξάνδρου*] quem exspectaveris relatum fuisse ad indicem tertium. an pinacographus putavit Clitarchum fuisse ex numero comitum Alexandri? certe inter comites regis nusquam quod sciam memoratur. sed ut ad quartum indicem transferret causa fuit quod prior locus legitur in capite quo agitur de rebus militibus.

restat quintus index difficillimus quo qui continentur plurimam partem iam antea erant appellati. in nonnullis nominibus res facilius dignoscitur: Antigenidas fuit tibicen, pictor Apelles [Fl. IV 27 *Α. ὁ ζωγράφος*], Σώστρατος ὁ αὐλητής legitur Fl. III 156. memorantur praeter hos multi 'medici' sed cur a 'philosophis' discernantur rationem frustra quae siveris. hoc tamen ex ordine indicum elucet e. g. Alcmaeonem 'medicum' non quadrare in librum primum ubi eiusdem Alcmaeonis multa placita recensentur, quae cum tam multa sint ut a pinacographo praetervideri nullo modo possint, 'philosophis' apparet inserendum esse quod nunc in Photio non legitur nomen *Ἀλκμαιώνος*. sed cur in quinto indice scripsit *Ἀλκμαιών* ιατρός, cur ceteris apposuit quod in Stobaeo nusquam legerat verbum ιατρός? collegit rursus ex Stobaeo, nam invenit illorum dicta in capitibus de morbis et de sanitate.

itaque quoniam constat pinacographum in digerendis nominibus unum fere Stobaeum ducent secutum esse semper singulis locis praesertimque iis ubi idem nomen pluribus collocatum est laterculis quaerendum erit quid fuerit in codice Photiano<sup>1</sup>. hac autem re iterum probatur pinacographi in enotandis nominibus diligentiam fuisse quam maximam. quodsi hic illic nostris in codicibus nomina reperimus a pinacographo ut videtur neglecta<sup>2</sup>

<sup>1</sup> atque quo facilius perspiciatur quos locos diversis eiusdem nominis auctoribus dederit infra sedulo adnotabo quae nomina quibusque in laterculis repetantur.

<sup>2</sup> hoc semel monuisse sufficiat στοιχοῖ περιπατητικοῖ talia lemata eum consulto omisisse.

haec iure concludemus aut non exstisset in codice Photiano aut codicem illum interdum lemmatis caruisse. quamquam lemmatum copia codex Photianus nostros longe superavit, quandoquidem lemmata habuit nimis multa. e. g. Fl. II 46<sup>24</sup> leguntur haec in codicibus: ἐκ τῶν Νικολάου ἐθῶν συναγωγῆς. Πραιόσιοι τοὺς ἀστυγείτονας ἐὰν λμῷ πιεσθῶσι τρέψονται. Θῦνοι τοὶς τυναγοὶς φιλανθρώπως δεχόμενοι φίλονς ποιοῦνται κτλ. in codice Photiano lemma Stobaei defuit, itaque reficiendum erat. sed cuius facta refert Stobaeus? Πραιόσιοι scilicet et Θύνω, haec igitur nomina margini appicta. iam vero pinacographus noster ut erat doctrinæ exiguae, summae religionis scriptorum nomina se tenere ratus statim Πραιόσιοι et Θύνω detulit in quintum ut par erat laterculum<sup>1</sup>.

itaque sicubi in Stobaeo occurrunt nomina quae desiderantur apud Photium iudicandum erit defuisse ea etiam in codice Photiano. sed quaerat quispiam cur his rebus immoremur quae ad Stobaeum emendandum nihil facere videntur. nam quae exscripsit certissime sumpsit e Stobaeo et si dimidiā partem nominum Stobaeorum eo quem indagavimus ordine enotatam haberemus nonne utilitas satis magna esset habenda? quod mibi quidem concedendum esse non videtur. nam qui potuit fieri ut is qui multa nomina praeteriret, eorum quae enotavit non praeteriret primum locum? qua in re si vel rarissime peccasset pinacographus, admodum parva et dubia esset indicum utilitas. ita igitur statuendum erit talia eum non legisse in codice Photiano quem quamquam scimus

<sup>1</sup> cf. Fl. II 59 Σεργίου Σεργίος ὄνειδιζόμενος ὑπὸ Ἀθηναίου τὴν μιχροπολιτείαν κτλ. hinc in indice quinto Σεργίου. — loco supra tractato defuisse lemma ἐκ τῶν Νικόλαου ἐσ. σ. manifestum est. sed hoc exemplo probatur Lycymnium qui Valekenario bilem commovit pinacographum non sumpsisse ex Ecl. I 308 ubi lemma est in codicibus Ηρόφροιος ἐκ τῶν περὶ Στρυγός quod non afuisse a codice Photiano ut statuamus postulat Melanippides poeta [p. 307], postulat Philon [p. 310] item a pinacographo neglecti. alia eius generis exempla multa attuli supra cum agerem de capite περὶ ψυχῆς p. 26 deque Didymo p. 28, quibus addere licet Timotheum Ecl. I 333 Pantelius Fl. I 172 Nicander Fl. I 243 Cronius Ecl. II 412 al. lemmata autem sive ubi lemmata deerant sententiarum initia quam diligenter perlegerit pinacographus illustrant e. g. Diodorus exscriptus ex Ecl. I 14 [*Κριτόλαος καὶ Σιόδωρος*] Hippalus Ecl. I 80 [*Ηράκλειος καὶ Ἰππαῖος*] Hecataeus Ecl. I 143 [*Ηράκλειος καὶ Ἐκαταῖος*] et omnium maxime Protagoras qui Laur. 234 decimum obtinet locum.

totum opus Stobaei comprehendisse tamen omnia continuuisse quidquid in editionibus legitur ex omnibus codicibus congregatum — nam nullus codex non caret plurimis sententias — nemo sanus exspectaverit. atque desunt quae in codice Photiano defuisse videamus paene omnia in uno aliquo codicum nostrorum. quae restant huiusmodi nominum nisi forte ita sunt comparata ut casu aliquo folium in codice Photiano defuisse conicere possis velut Ecl. I 3 nomen *Βονθήρου* I 5 *Μοδεράτου* non invenit, non invenit fortasse ea quoque quae intersunt inter hos, Flor. IV 81 praeter Sophronem cuius locum om. Vind. Trinc. et Cratetem quem om. cod. Mendozae [cf. Nauck TGF praef. p. IX] desunt versus *Μενεχράτους*, quae restant nescio an in Photi indices reducenda sint. an tu putas pinacographum omisisse e. g. Diotogenem qui etiamnunc quinques citatur in Stobaeo? sed quo iure invitatis codicibus nomina laterculis inseremus? quod ut cognoscamus videndum est primum de Photi codicum indole atque auctoritate.

ut in Stobaei ipsius libris ita in Photi codicibus tanta est et ordinis et nominum formae varietas ut interdum plane incertum videri possit quid in Stobaei codice pinacographus invenerit atque si utendum esset Hoescheliorum et Schottorum<sup>1</sup> editionibus quas sequitur etiam Gaisfordius, crederes Stobaei codicem Photianum fuisse mendis inquinatissimum et nostris libris fortasse aliquanto corruptiorem [cf. Ἀρειανὸν Νίκτον Συνήτορος Πνυθιάδον Θεόδοτος Κλεβίνετος Κλειτίας [Κοιτίας] Πειρίνθονς Όμβριμος [itemque ex Stobaeo Arsenius I 38 a Leutschi] Βράσσων Εὐρύφρων aliaque multa quae enumerare non iuvat curare non decet]. illorum editorum copiis longe melior longeque uberior est codex Venetus S. Marci 450 quo nititur Photi editio Bekkeri. is non solum meliores Stobaeique codicibus propiores formas exhibet, sed addit multa quae in ceteris desunt auctorumque habet longe rectiorem collocationem. quin ipsa hac Photi et Stobaei codicum comparatione evincitur et in recensenda Photi bibliotheca eorum quos no-

<sup>1</sup> Schottus cui 'praesagit animus (quid enim vetat ominari?) fore ut ope Photianaee Bibliothecae eruantur non pauca' in Stobaeo [v. eius 'Scholion' bibl. codici CLXVII additum], ipse pretiosissimam nominum collocationem ita non praesagivit, ut ordinem codicium mutaret in versione latina, nam 'Commodum tibi fore, lector, arbitratus sum, si neglectum alicubi elementorum ordinem accurate restituerem'.

vimus codicum unum sequendum esse codicem Venetum 450 [vocabulum tamen in hoc quoque inconstantissima ratio cf. supra p. 15] et in Stobaei codices menda irrepsisse post Photi aetatem, iis scilicet temporibus cum et qui Photi et qui Stobaei libros describerent pari excellerent nominum graecorum inscientia<sup>1</sup>.

sed cave putes codice Marciano 450 plenum atque sincerum nobis servatum esse nominum numerum atque ordinem. nominum catalogi quam facile librariorum oscitatione turbentur et lacerentur nemo nescit. e. g. in catalogo Argonautarum quem e codice Laurentiano edidit H. Keilius Schol. in Apollonii Argonaut. p. 535 sq. primum duae columnae sed inaequales eae constitutae, deinde sedem mutarunt Τιγκλος Θεστίου et Παλαιμόνιος Ήραιστίου, tum nomina nita descripta ut columnarum series confunderentur, qua re denique accidit ut utriusque columnae singula quae in vicinia fuere nomina omitterentur. et sunt in Photi quoque indicibus turbae et lacunae. velut in poetarum littera Ζ nunc ultimus est qui sine

<sup>1</sup> spem quam olim de 'apographo Stephani' conceperam inox abi ciendam esse intellexi. nimirum in editionibus veteribus Stephaniani codicis cum vetere quodam libro collati lectiones [H. St. 2' insignitae] safferuntur [cf. Hoeschelii not. bibliothecae additas p. 2], quarum cum Marcianis 450 et 451 consensum animadvertisit Morelli bibl. manuscr. I p. 315. sed uno loco lectio apographi Stephani [quod nunc asservari inter codices Harleianos n. 5591—3 miror fugisse Fabricium Bibl. Gr. X p. 683 Harl. cf. Catal. of the Harlei. manuscr. III p. 279 cum Morelli l. c.] vel Marciano 450 praestare videtur: Flor. II 329 habet cum Stobaeo Χαρβίας, sed Χαρβίας ceteri codices Photii. unde igitur in Stephaniano Χαρβίας? aut e codice Marc. 451 — quod si verum esset non neglegendus esset hic codex — aut a Stephano correctum est e Stobaeo. quod mihi nunc quidem probabilius esse videtur. nam in eodem apographo Τρόφιμος quoque recta forma [cf. s. p. 31] correcta est in eam quae nunc in Stobaeo legitur Τρόφιλος [cf. etiam Κρειτλος et Φιλίτρα ind. II]. Stobaei autem studiosissimum fuisse Henricum Stephanum verba monstrant quae aliam quoque ob causam digna sunt quao adiciantur [v. Virtutum encomia 1573 sub finem praefationis]: 'Collegi autem quas hic leges γρώμας, partim ex Stobaeo, partim ex aliis scriptoribus. Verum in Stobaeo plerunque Stobaeum sequutus non sum: id est, quas danī gnomas minime ad ea capita retuli ad quae referri ab ipso vide mus: (si modo ipsemē eo retulisse credendus est) quippe quae ad ea minime pertineant. Cuius rei exempla quaedam hoc in opusculo proposui, plura in editione ipsius Stobaei (Deo favente) propositurus' sqq.

dubio primus fuit Euripides: pristinum ordinem num recuperaverim  
valde dubito. tamen est ubi recuperari possit. tertii indicis initium  
hoc modo exstat in codicibus

<i>Αριστείδης</i>	cuius primus locus est Fl. I 173 [ <i>Α. ἐν τῷ ή περσικῶν</i> ]
2 <i>Αριστοκλῆς</i>	Fl. II 395 [ <i>Α. ἐν β' παραδόξων</i> ]
<i>Αἰλιαρός</i>	II c. 31 (Laur. 194)
4 <i>Αἰσογίνης</i>	Ecl. II 99 [μῶν
<i>Ἀγάθων</i>	Fl. III 245 [ <i>Α. ἐν β' περὶ ποτα-</i>
6 <i>Ἀντιφῶν</i>	II c. 31 (Laur. 194) [μῶν
<i>Ἀρχέλαιος</i>	Fl. III 246 [ <i>Α. ἐν α' περὶ ποτα-</i>

duo postremi cum iusto ordine se excipient priorum quinque loci  
in primo et altero libro conicias excidisse. et Aristocles nomen quis  
non subito referet ad caput *περὶ αἴρεσσων?* tamen cavendum ne  
praepropere Photi indicibus abutamur. nam qui factum esset ut  
Aristocles a primo indice secluderetur? contra si lemmata Stobaei  
quae pinacographo in digerendis nominibus maxime usui fuisse su-  
pra probavimus accuratius consideramus quoniam sumpta illa sunt  
omnia e Plutarchi Parallelis et libello de flaviis elucet Aristidis  
Aristocles Agathonis Archelai locos ab illo respici eosdem quos nunc  
tenemus, sed in indice nomina male cum ceteris commixta esse et  
singularem olim effecisse ordinem. quid? num temere suspicari videor  
eadem librariorum socordia factum esse ut ante Aristidem omit-  
teretur *Ἀγαθαρχίδης* Fl. I 172 [*ἐν δ' Περσικῶν*]?

sed num licebit ordinem Photianum mutare, hoc ordine nomina  
disponere: 3 4 6 *Ἀγαθαρχ.* 1 2 5 7? atque ego cum constet  
Photium non ipsum confecisse indices sed descriptissime iustum cau-  
sam non video cur iam ante Photi aetatem ordinem turbatum esse  
negemus. sed fortasse ordo iam ab ipso pinacographo erat violatus.  
qui id unum egit ut auctorum Stobaeorum nomina omnia col-  
ligeret, nam ordo nominum ut servaretur is qui fuit in Stobaeo  
sua sponte factum est. sed ita statuo: nostrum cum sit codicis  
Photiani imaginem quantum quidem fieri possit restaurare indices  
quoque ita esse tractandos ut is ordo quo singula deinceps nomina  
a pinacographo sunt enotata indagetur. nam nisi hoc ordine explorato  
laterculis Photianis sine periculo uti non licebit [cf. ind. II A].

iamiam eo pervenimus ut indices Photi possimus eo quo  
decet modo recensere. qua quidem in re ita versabimur, ut singulis  
nominibus adsignemus locum e quo exscripta esse videantur additis  
ceteris quoque locis ubi e re esse videbitur; adnotemus cuique

ordini et Photi codicum varias lectiones et Stobaei — omissis tamen quae nullius preti sunt minutissimis velut innumeris Trincavelli ineptiis — ut inde quae ratio inter hos codicemque Photianum intersit perspicere possit; afferamus denique quidquid ad emendanda sive illustranda nomina aliquid facere videatur.

---

*quae restant propediem edentur apud E. Strauss librarium  
Bonnensem.*

---

### Vita Scriptoris

Natus sum Antonius Fridericus Elter d. V m. Martii a. MDCCCLVIII Rosbachi ad Sigam patre Ludovico matre Sophia e gente Stein. fidei addictus sum catholicae. litterarum elementis atque utriusque linguae initii domi imbutus inde ab anno h. s. LXX sui inter discipulos progymnasi Siegburgensis, a. LXXIV adii gymnasium imperat. Guilelm. Coloniense egregiaque utebar Guilelmi Schmitz directoris et Matthiae Wollseiffen nunc Crefeldensis disciplina. deinde a. LXXVI autumno Monasterium me contuli ibique sex menses moratus hanc litterarum sedem Rhenanam petivi cuius per tres annos civis fui. docuerunt me Langen Spicker Stahl Storck Monasterienses, Aufrecht Bernays Buecheler R. Kekulé Maurenbrecher Menzel Meyer Schaefer Vsener Bonnenses. ut exerventionibus interesse epigraphicis Buecheler, palaeographicis Menzel, philosophis et paedagogicis Meyer benignissime concesserunt. seminario historicorum me admisit Schaefer, Buecheler et Vseneri eximia benevolentia mihi contigit ut philologorum seminarii sodalis essem ordinarius per quattuor semestria, per duo senior. denique non tacenda est summa Bernaysi humanitas qua per biennium assistentis bibliothecae regiae q. d. munere fungi me voluit opumque bibliothecae usum permisit nullis terminis circumscripsum.

quibus viris omnibus gratias ago quas debeo maximas, praecepit vero pio gratoque animo semper mihi colenda erit memoria Buecheleri et Vseneri.

## Sententiae controversae

---

1. Petrarca codicem Ciceronis epistularum ad Atticum ante annum 1345 repperit
  2. correctiones codicis Medicei Ciceronis ep. ad Att. maximam partem ex libro manuscripto sumptae sunt codicis Petrarcei similimo
  3. Cic. de leg. I 13, 36 legendum est 'et scilicet tua libertas disserendi amissa est; an tu is es qui in disputando non tuum iudicium sequare sed auctoritati aliorum pareas'?
  4. Eur. Iph. T. 563 scribendum est ἐσπειρίς λόγος [editur ἐσπειρίς λόγος]
  5. Phot. bibl. cod. 124 ab ipso Photio mancus relictus est
  6. Vellei. Paterc. II 6 2 scribendum esse conicio 'qui cum summa quiete omnium' sqq.
  7. Priscian. VIII p. 370, H lego 'in significatione et in incommoditate i. e. inconsonantia elementorum'
  8. Herm. Trismeg. ad Ascl. 5 p. 21 Parth. corrigendum esse videtur νῦν ἑαυτοῦ <οὐ> νοεῖται
  9. Stob. III c. 3<sub>18</sub> [Eur. fragm. 364 N] v. 13 pro ἔχει restituendum est ἀγέι
  10. Schol. ad Iuven. VI 282 pro 'placati' scribo 'pacti'
  11. Acr. ad. Horat. Sat. I 1<sub>4</sub> corrigo 'gravis annis: figurata locutio pro annosus' ['annos' cod. Ambr.]  
Acr. ad Horat. Sat. I 1<sub>50</sub> verba codicis γ̄ ita explicanda sunt: 'intra naturae fines vivit is qui tantum est quantum' sqq.
  - Porphyr. ad. Horat. Sat. I 1<sub>57</sub> sic fere resingenda esse videtur: 'sapiens absolute dicitur. est enim nomen, non participium, ut si diceret, quia ante quaesitis utitur illis sapiens est'. 'sapiens' autem, non 'patiens' in Horatio legendum
  12. in synaloephae usu singulare enitet poetarum Latinorum artificium
-